3

GEORGII CEDRENI COMPENDIUM HISTORIARUM.

TOMI DUO.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ

ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

GEORGII CEDRENI

COMPENDIUM HISTORIARUM.

EX VERSIONE

GUILLELMI XYLANDRI,

CUM EJUSDEM ANNOTATIONIBUS.

ACCEDUNT,

Huic Editioni præter lacunas tres ingentes, & alias expletas, Notæ in Cedrenum P. JACOBI GOAR, Ord. Prædicator. & CAROLI ANNIBALIS FABROTI J. C. Glossarium ad eumdem Cedrenum.

VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA,

M. DCC. XXIX.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

JULIO MAZARINO.

S. R. E.

CARDINALI.

SCITE *Græcus auctor ait*, Eminentissime Cardinalis, *Deorum templis donaria dicenda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. Quemadmodum enim muneribus hisce religionem nostram erga Deum: ita & hoc animorum fœtu cultum ac observantiam nostram erga viros summæ dignitatis vel doctrinæ præcipuæ testamur. Inter Deum autem & homines longe interest, quod Deus velut omnium conditor & Dominus, rebus quarum precarii possessores sumus, non egeat: illustrium autem virorum gesta penitus intercidant, nisi sit qui ea litteris mandet, & posteris tradat. Sed & quemadmodum humi-*

li cuique ad Deorum templa accedere, & ibi vota sua nuncupare fas est: ita nec illustres animas ea quæ tenujores homines eis dicant, aspernari videmus. Altæ scilicet mentis homines securi sunt magnitudinis suæ, adeo ut Deum referre quodam genere videantur. Hæc cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose Te adire, & librum opera mea perpolitum licentiore forte hac epistola Tibi inscribere, quo devotionem erga Te meam publice testarer, scirentque omnes, ad venerationem Tui etiam eos qui longinque agunt, libros Tibi dedicare, ut ex sacro & immortali nomine Tuo famam & gloriam sibi quærant, ac immortalitate donentur. Hoc tamen vereor, ne Te in excelso humanarum rerum fastigio positum, & numquam vacuum, ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, Teque morer, cujus amplissimis cogitationibus ac consiliis Imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus Tuis bono publico parcendum esset. Sed magnæ quoque animæ litteraria hæc avocamenta non recusant. Heic autem admirari subit, quam sagaci consilio Optimus Maximusque princeps cum excederet, vel potius intercipere-tur, & in cælum rediret, Tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum juvenilis successoris animus nondum par esset Imperio. Sic Atlas cum cæli oneri se subduceret, Herculem submisisse fertur velut tantæ molis capacem: at qualem virum? majorem humana natura, Deo proximum: deinque Jovis, non Amphytrionis filium. Certe non alius quam natus Deo, cælum Deorum sedem ferre poterat: sicut nec alius quam divinæ mentis homo, onus Imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu Regis prudentissimi ad Regni arcana tractanda non sine numine admissus es: id quod ex rebus ipsis feliciter & ex voto fluentibus notius est, quam ut quisquam præter malignos inficietur. Quando enim terrarum ille prædo, quando orbis universi candidatus certius intellexit, se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere? quando feliciter secum actum putavit, si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo Principem nostrum invictissimum anima reliquit? Quid singula commemorem? Prostrato primum stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissimis oppidis qua locorum natura, qua milite non ignavo, cum interim inclinatas acies & labantes, tum milites suos velut attonitos & pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. Animos sumpserant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur Gallorum impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piumque eis adfuisset, velut Deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent, qui jam ingloriam deditionem parabant: sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia, non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus sæpius expavit. In Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est: sed Ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo jamdiu fatale est. Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, Imperatorem miseris dudum imperare cœpisse non diffitetur. Hæc latius exequentur horum temporum diserti. Ego stylo remissiore attigi tantum, & quod longum esset ea prosequi, & quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. Cælum igitur ambitione affectent exteri (quamquam expilationibus cælum non petitur, sed religione & pietate, quæ Reges Christianissimos astris inserunt) aliena Regna avido animo pervadant: quamdiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis, quam quæ orbi terrarum impositæ sunt, fatorum vis æterna, vel potius Deus fatorum arbiter & dispensator exemit) cœpta eis numquam ex voto succedent. Cum autem serenissimus Princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi ejus vis augescit, Tibi, Cardinalis Eminent. summa rerum permissa est, cujus fides in rebus difficillimis spectata, cujus devotio erga Principem, omne

vincent exemplum. Nemo in posterum Te rerum moderatore tam securus potentiæ erit, ut Gallos pene inter ferrum & arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. Nemo Galliæ socios aut fœderatos lacesset: nemo amicos ledet, qui hoc Galliæ debent, ut qui summa cum injuria & bonorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exulabant, plenissime restituti sint. Tanta est cum sacri nominis Tui veneratio, tum Imperii Gallici felicitas semper invicta. Verum quo impellor ego fandi imperitus? non enim multum interesse puto, sive quis famam alicujus ledat, sive infra dignitatem eum laudet. Non possum tamen heic citra crimen ingrati præterire quod omnium commendatione dignissimum est: Bibliothecam scilicet multis librorum millibus constantem instituisti, quam eruditis omnibus patere vis. In qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. Omitto præclara illa marmora, Principum & virorum qui litteris claruerunt statuas, quas cum videas & ingenii monumenta legas, putes non muta marmora, sed animata: & eorum non interiisse corpora, sed cum animorum fœtu de perennitate certare. Quo quidem egregio facto litteratiores quosque Tibi obnoxios fecisti, & non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimæ mentis dotes: ex quibus boni omnes intelligunt, tanto Te cæteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna Tua excelsior & præstantior est. Vive igitur, Eminentissime Cardinalis, *Galliæ felicitati, quæ Te sospite culmen adipiscetur, & diurnabit. Vive rei Gallicæ rector & propagator: cujus vigilantiæ hoc debetur, ut Galli pacem æquissimis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum internecinum timere. Vive diu Galliæ* —felix tutela salusque.

EMINENTIÆ TUÆ

Devotissimus
CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI.

DE ſcriptoribus hiſtoriæ Byzantinæ publicandis ſpem fecimus edito Joanne Cantacuzeno. Ecce fidem præſtamus felicioribus auſpiciis annixi. juſſu nempe illuſtriſſimi Franciæ Cancellarii Petri Seguierii, qui ut opus hoc egregium ederetur ſuæ curæ fecit. Quid autem huic Cedreni editioni acceſſerit, Lector monendus es. Plures eæque ingentes lacunæ erant in editione priore, quæ Cedrenum deformabant. aliæ minores plures paginas occupaverant. Eas omnes ex aliis ſcriptoribus calamo exaratis ſupplevimus, multa correximus ex Joanne Scylitze Curopalate, qui Cedrenum αὐτολεξεὶ deſcripſerat. Unde mirari ſubit, quanta ſecuritate ſæculi ſui Curopalates alienum opus ſibi vindicarit. Itaque ſi quis Curopalatem deſideret, ſciat eum Cedreni ſimiam eſſe: nam totidem verbis Curopalates conſtat. qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, ſed ſupplendo, ut dixi, & emendando Cedreno multum profuit. Quoniam autem toto pene Cedreno exſcripto Curopalates excipit ubi Cedrenus deſinit, ideo non ingratum fore duxi, ſi cum Cedreno ederetur. Joannes Baptiſta Gabius interpres ejus multis in locis ab auctoris ſententia aberraverat. Ei quantum fieri potuit conſultum eſt interpolata ejus verſione. Xylandri quoque verſionem interdum emendavimus: nec tamen veterem loco ſuo deturbavimus, ſed noſtram ad oram libri rejecimus. Præterea fatetur interpres ingenue, ſe in quibuſdam hærere. Nos ſine ulla inſectatione ſententiam noſtram propoſuimus & Notas quaſdam addidimus ei firmandæ. Denique Gloſſarium adjecimus, quo voces mixobarbaræ, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates eccleſiaſticæ, palatinæ & militares exponuntur. Quo in concinnando uſus non ſum opera Meurſii, quem plerique alii qui rapto vivunt ſolent exſcribere, ſed vel auctores nondum editos, vel alios omnino auctores ad teſtimonium cito. Accedunt etiam R. Patris Jacobi Goat variæ in Cedrenum animadverſiones erudiriſſimæ, quæ non modicam Cedreno lucem adferent. Poſtremo numeroſa operarum menda ſuſtulimus, quo tam auctior editio, quam emendatior opera noſtra prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene dixerim, auro contra veniiſſe non ignoras. Cedrenum ſequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex Regis Chriſtianiſſimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anaſtaſii Bibliothecarii hiſtoria Eccleſiaſtica hactenus inedita, quæ beneficio Cardinalis Eminentiſſimi Franciſci Barberini ad nos pervenit. Sequentur & alii ex variis bibliothecis eruti, quos non interire quantum Reipublicæ litterariæ interſit hi tantum intelligunt, qui litteras tractant, vel fovent. Vale.

GUI-

GUILLELMI XYLANDRI
AUGUSTANI
IN GEORGII CEDRENI
ANNALES SUOS PRÆFATIO.

AD MAGNIFICOS ET GENEROSOS DOMINOS,

D. MARCUM ET D. JOANNEM, FUGGEROS, ANTONII FF.

Fratres germanos, Kirchbergi & VVeissenhorni dominos, &c. optimarum litterarum alumnos gratissimos.

GEORGII CEDRENI Annales, qui auspiciis ac impensis vestris, Viri amplissimi, a me non sine magnis ærumnis in Latinam linguam conversi, in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus: diu multumque cogitavi, quanam de re potissimum apud vos dissererem. Sive enim historiæ utilitates explicandæ essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior: jampridem id propositum ita copiose notam a summis viris tractatum, ut citra arrogantiæ crimen non possem conari ista vel amplificare, vel etiam inculcare. Sive in vestris laudibus prædicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque hæc *Cedreni* versio editioque conducere debet: quid iis ornamenti poterat mea conferre infantia? aut quotusquisque (ut nunc sunt mores hominum) non potius assentando me munus captare, quam grati animi significationem raris virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere, erat judicaturus? Itaque horum ego utrumque prudens sciensque omisi: præsertim cum recordarer, de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. Sed & alienum aliquid personis vestris, aut præsente instituto (qualia ad animum accidebant multa atque varia) in medium afferre, intempestivum videbatur, atque insolens: neque enim laudari sentiebam eum, qui

Delphinum sylvis appinxit, fluctibus aprum.

Itaque in præsentia satis habui, pauca de ipso hoc Historico Opere, & mea quam vobis ac Reipubl. in eo conficiendo navavi opera dicere: itaque Lectore non inutiliter (ut quidem ego puto) de quibusdam præmonito, dedicationis munere defungi.

Jam primum, quis fuerit CEDRENUS, certo deprehendere nullo indicio potui: cum de seipso nihil, hoc quidem in Opere, memoriæ prodiderit: neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. Eo tamen inclinat animus, ut sacerdotem fuisse suspicer, aut etiam monachum: tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. Meæ conjecturæ ansam præbent, cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione & cæremoniis habet disputationes. de quibus non

impendio quin quiſque ſuo captu & ſenſu judicet. Quid ego judicem, ſatis credo eſſe bonis notum: neque eſt cur mutem ſententiam ulla idonea cauſa. Quando vixerit, nihilo magis conſtat, quam qua conditione vixerit: niſi quod probabile eſt, rerum potito Iſacio Comneno (qui iniit imperium eodem fere quo Heinricus IV. anno, qui fuit a nato Chriſto *LIX* ſupra milleſimum) eum ſcripſiſſe ſuos Annales. hi enim in iſtam deſinunt. Is qui codicem veſtrum ſcripſit librarius, Iſacii Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. Fuit hic Iſacius, Friderici Ahenobarbi Imperatoris Germani æqualis. & occepit Conſtantinopolitanum regnum circa annum CIↃCLXXXV. ut centum fere annis codex iſte auctore ſuo recentior fuiſſe videatur. Non diſſimulavit librarius, aliquoties ſe in exemplari, quod deſcripſit, aliquot paginarum defectum ſenſiſſe. Sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore compoſita, quomodo ad nos ſcribæ iſtius opera pervenerunt, dubitari haud injuria poteſt. non enim mendoſa modo quædam, ſed plura etiam his mutilata vel comperi, vel ſuſpicatus ſum, quod aliquoties in Annotationibus oſtendi. Porro autem facile crediderim, Lectores in bonis ſcriptoribus verſatos, & judicio aliquantum quam vulgus acriori præditos, ubi lectionem hujus operis inſtituerint, moleſtiæ principio aliquid, aut etiam nauſeæ contracturos. Pollicitus enim auctor ab initio mundi uſque ad ſua tempora hiſtorias ſe compendio recitaturum: ubi ad rem ventum eſt, neque optimo ordine ea proponit, quæ in ſacris litteris, & Flavii Joſephi antiquitatis Judaicæ deſcriptione, atque alibi copioſe deſcribuntur: & inſerit multa, neſcio quam relatu aut creditu digna: & interpolatis narrationibus ſæpe, ſæpe mutilatis, aliquando idem non ſine tædio & odio inculcat. In ſummis mundi Imperiis & eorum ſucceſſione ac mutationibus exponendis, jejunus plane eſt. Res Romanas ita attingit, ut videatur earum fuiſſe admodum ignarus. Et in ipſis Imperatoribus ordine recenſendis, eorumque in ſumma exponendis rebus geſtis, fere ad Conſtantinum uſque Magnum nihil præclari, aut etiam operæ pretii eſt conſecutus, ut ſubverear, ne quis iſta legens exclamet:

Quid tanto dignum dedit hic promiſſor hiatu?

Digreſſiones quoque in diſputationes de vita monaſtica, contra Judæos, & alia id genus, talia ſunt quæ Annalibus parum omnino conveniant, & non poſſint a quovis ventriculo concoqui. Quæ ego a me dicta, ita velim accipi, ut ab eo qui non vituperet, ſed excuſet CEDRENUM: ſcriptorem, qualem ea tempora, & fortaſſis etiam vitæ inſtitutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum ἀϐδ. Certe ſi quid ab eo peccatum eſt, non magno rerum ſtipendio peccatum eſt: cum abunde librorum ſit, ex quibus hiſtoriarum ab ipſo prætermiſſarum, aut minus commode tractatarum cognitio reperi poſſit. Hoc autem vere poſſum affirmare, plurima eſſe in Cedreni hoc Opere, quæ cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis & hiſtoriæ auctores conciliare poſſint debeantque gratiam. In Juſtiniano præſertim magno, in Heraclio, & aliis deinceps Conſtantinopolitanis Imperatoribus, multo eſt, quam ipſe Zonaras fuerit, diligentius ac copioſius verſatus deſcribendis, annis etiam ſingulis res geſtas dividens. Nam quæ ante novæ Romæ ortum habet, ea videtur utcumque ex variis libris non magna cura ac judicio perexiguo conſarcinaſſe: in Con-

ſtantinopolis autem rebus & exercitatior fuit, ut apparet, & majore eſt uſus induſtria: & ſi quid ego judico, hoc illi ἔργον fuit, cætera πάρεργα. Qui eum cum Zonara conferent, iis deprehendere erit proclive, vere me iſta dicere. nam omiſit Zonaras multa, quæ noſter habet, ſcitu perquam digna: & quibus omiſſis, hiſtoriam mutilari obſcurarique fuit neceſſe. Multa ille breviter admodum indicavit, quæ ſunt a noſtro circumſtantiis omnibus explicatis illuſtrata. Neque ego primus hoc deprehendi. Sed VVOLFIUS noſter, quem honoris cauſa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipſe eſt, lucubrationes ejus evidentiſſime demonſtrant) longe peritiſſimus, aliquanto ante codici veſtro ſchedam præfixerat, qua argumentum ejus in hæc verba exprimitur; Tractat idem argumentum, quod Zonaras; ſed multa habet a Zonara de induſtria prætermiſſa, brevitatis (ut opinor) ſtudio, ſed certe non prætermittenda. Quod ſi mihi optio data fuiſſet ab initio, hunc Zonaræ prætuliſſem. Nunc cum Zonaras denuo edendus erit, conſultum fore videbitur, ut hoc totum opus perlegatur. & quidquid memorabile viſum fuerit, Zonaræ ſuis locis certa nota appoſita, inſerendum. Hæc Vvolfius. Qui haud dubie, dum hoc ferret de Cedreno judicium, ad ea reſpexit præcipue, quæ aliunde quam ex eo aut Zonara repeti commode non poſſunt. Nam duo priores Zonaræ tomi longe alioqui ſunt meliores, ac laude digniores, quam ea quæ ad Conſtantinum uſque Magnum noſter collegit. Et tamen in hiſce ipſis ſunt nonnulla, quæ cognitu digna atque utilia, tamen neque apud Zonaram occurrant, neque alibi ſint adeo obvia. Enimvero id affirmare auſim, ex hoc noſtro ſcriptore ab homine induſtrio multa poſſe deſumi, quibus Zonaræ, Procopii, Diaconi, aliorumque id genus ſcriptorum, recentiorum quoque, ut Cuſpiniani, Egnatii, Panvinii, imperatores & hiſtoriæ partim corrigi, partim illuſtrari ac poliri poſſint: quæ utilitas vel ſola ejus editionem apprime apud æquos Lectores gratioſam facere debet. Neque nunc proponam exempla. tametſi enim rei guſtum aliquem Annotationes noſtræ præbebunt: tamen malo hæc ſoletti Lectori obſervanda relinquere, quam iis commemorandis me jactare. Addatur & hoc: cum eorum quæ ſunt circa Byzantium, & in ipſa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium, fluminum, montiumque notitiam, permultis hujus ſcriptoris locis poſſe explicari atque illuſtrari; ut magno rerum Geographicarum incremento, & antiquitatis recolendæ adjumento diligentibus ſit futurus. Verum de Cedreno ſatis, aut fortaſſe nimium: legatur, ipſus ſe probabit, & oſtendet

Vendibili vino non opus eſſe hedera.

Venio nunc ad meam operam: non profecto ut eam vel jactem, vel etiam ἀκαίρως extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror: neque etiam, ut qui veſtris & aliorum bonorum (cæteros enim nihil moror) judiciis diffidam, ideoque cauſam mihi dicendam putaverim: ſed quod, cum ipſe in hoc Opere falſus alicubi ſim, nolim alios quoque errare. Primo omnium, ne conatus quidem ſum id conſequi, ut Zonaræ, Nicetæ, ac Gregoræ facundiam Latinam, parem Cedreno conciliarem. nam probe mihi meæ conſcius tenuitatis, nemine etiam monente habebam exploratum, me moliri hoc non debere, quod elegans paſtor merito odiſſe ait,

Theocr. Θαλυσ.

Et quidem Græcæ linguæ usu Cedrenum iis quos nominavi, multo inferiorem esse, multoque minus in suo foro disertum, non difficulter judicabunt Lectores: quo minus habet etiam quod conquetatur, si Latine purius ii, nitidiusque ipso loquuntur. Ac nescio quomodo mihi accidit, nt interdum invitus, magis ramen solito, balbutirem ipse invitus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum præeuntis verba subsequor, & exprimere conor. Sed hoc quidquid est mali, æquanimitas Lectorum vel dissimulabit, vel corriget.

Postquam vos, Mæcenatis nomine dignissimi Heroes, ultro pro vestra benignitate de me honeste sentientes, impulsore maxime D. Ludovico Carine, sene longe doctissimo, vtroque officiosæ in cultores bonarum artium humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis & meritis charissimo & acceptissimo, de me autem jamdiu ita merito, ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis hac mea conditione referre ?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit oblitteraturum: suadentibus idem cum aliis primariis viris, tum ipso etiam Vvolfio, qui (nihil jam de ipsius laudibus dicam, cum prædicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat) abundantia quadam amoris semper me prosecutus, quasi lampadem hanc in decursione vertendæ Græcæ historiæ recte se traditurum mihi existimavit. Postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis: id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum: equidem in hoc incubui, ut expectationi vestræ meisque promissis mature & fideliter satisfacerem. Omnia expeditu facilia fore animo præceperam: fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum susciperem. Sed in progressu tamen id expertus sum, quod Alcæus olim eleganter cecinit:

ὅταν τις ἐν πόντῳ γένηται, τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

Delata in altum cum semel est,
Quocumque tempestas vocabit,
Ut tibi navis eat necesse est.

Multa spem meam fefellerunt. Incidi in loca vel obscura, vel murila sæpe; ubi cum non nisi unus codex mihi esset, aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me hærere. Conjecturas scio aliquid posse, sed eæ neque satis tutæ aliquando sunt: & non raro quod conjicerem, aut quo me referrem, non succurrebat. Ne tamen vel auctori vel Lectori mea ignoratio fraudi esset, ubi visum est rem habere aliquid momenti, Annotationibus meis pro virili rem exposui, aut saltem aliis enodandam proposui. Maxime barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnam copiam Lector inveniet, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων, aut (si ita velit aliquis) μιξελλήνων, partim prorsus & apud Latinos & apud Græcos peregrinorum. quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, tuldum, cumparia, barducium, læsa, & alia plura: alia officiorum appellationes, ut barangi, protovestiarius, logotheta dromi, caniclium, protospatharius, drungarius, ameras: reperiet etiam multa Latina Græco habitu velata, κενσίριον, σκάμνον, λεγάτα, silentium, asecretia, scalam, κῆνσον. sexcenta alia. In quibus animadvertendis & vertendis quam

fuerim felix, nescio : fui certe moleste occupatus. Quod ad Annotationes meas attinet, poteram eas extendere & amplificare indicatione & comparatione eorum quæ apud alios scriptores iisdem de rebus habentur: quod ignavo fortassis, aut librorum copia destituto Lectori fuisset non ingratum. Verum ego brevitati studui: & cum postremo eas relegerem, permulta amputavi, quæ alio loco commodius me persecuturum videbam: cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. Has autem ipsas Annotationes Lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quædam diligentius scrutandum, confido. Mihi quidem incredibili labore constiterunt: Ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adjumenti, quod ego spero fore. Numeri eorum, numeris margini Cedreniano appositis respondent: nisi quod sæpe plura unico sumus complexi loca. * Ad finem Tabulas Chronologicas adjeci, jampridem eas a me compositas, & cum ad alia, tum ad συγχρονισμοὺς prompte inveniendos, ac intervalla temporum supputanda utiles. In his fere sum Funchium secutus quamquam ipse quoque de quibusdam quod moneam & disputem, videor mihi habere: quod ipsum quale sit (alio loco si Deus volet) proferetur. Græcus codex editur, diligentissime & summa fide, ac labore non exiguo descriptus, collatusque cum vestro exemplo. Ex eo poterit emendatio eorum sumi, in quibus est a me peccatum. Ut enim nusquam me allucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. Confido tamen, æquos peritosque rerum & ærumnarum quæ in hujusmodi operibus sunt exantlandæ Lectores, non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptam ferre debent, quam hoc Opere legendo utilitatem delectationemque capient: vobis inquam, non mihi. Tametsi enim studio Reipub. litterariæ juvandæ atque locupletandæ tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictum arrogantius putet) voluntate benemerendi de patria cedo, aut fortasse nemini: tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum & suæ liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. Et quamvis multo est, quam imperiti credere possint, ærumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere; ut non domino tantum fundi maximam, sed & colono aliquam gratiam debere videri possint, qui frugibus vescuntur: ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc Opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio, perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. Atque ego sane neque volo, neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meæ vobis operæ offerendæ atque navandæ causam: ut consecuto quod volui, nemo alius porro sit appellandus. At vestræ Magnificentiæ quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit, plurimum a repub. litteraria & omnibus in ea ingenue versantibus deberi? Nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas (ut ille ait) impulit audax, ut libros facerem. quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, & in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita instituam, ut non minora ad bonarum litterarum studiosos, quam ad me, meis e laboribus

* Hæc Chronologia quia virorum doctorum judicio non satis accurata est, in hac editione prætermissa est.

redeant emolumenta. Vos autem quid, præter publicæ utilitatis rationes, & voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cedreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest: nisi si quis ita est in Europa hospes, & famæ ignarus, ut vos & avitæ, & vestris meritis partæ gloriæ inopes suspicetur voluisse hujus liberalitatis opportunitate nomini vestro laudem decusque conciliare. Enimvero quod vestro sumptu in lucem e tenebris eruendis ac publicandis, hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris & magnificentiam vestram patriæ demonstratis, & rempub. augetis atque exornatis: non id gloriæ, qua abundatis, quærendæ studio, sed laudatissimi piæ inclytæque memoriæ herois Antonii Fugeri, patris vestri, legitima quadam & hæreditaria successione atque imitatione facitis: neque committendum vobis putatis, ut cum aliis in rebus eum patriæ repræsentetis hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valete, Viri amplissimi, ac veri Mæcenates: nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos, ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergæ Nonis Januarii: Anno a natali Christi CIↃ. IↃ. LXVI.

GLOSSARIUM
SIVE
INTERPRETATIO
OBSCURORUM VERBORUM
CEDRENI.

A.

ABBAΣ. ABBAΔION.) Abbas, vel Abba, pater. Novella 123. Hieremias Patriarcha in 2. responso ad Theologos Vvirtemberg. c. de monastica vita. ὡς ἀββάδας καὶ ἀρχιμανδρίτας ἡ τάξις ὠνόμασεν. Major. S. Benedictus in Concordia Regularum cap. 34. qui & major monasterii. Hinc ἀββατία. paternitas. Concilium Meldense can. 10. Talis abbatia, quæ paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur. Hinc per contemptum, ἀββάδιον. Stylianus ad Stephanum PP. (exstat in Synodo 8. Constantinop.) ἀββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον, γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ᾠκειώσατο. Interpres: Abbatulum quemdam obscurum & ignobilem, præstigiatorem insuper & magum sibi adjunxerat.

ABHNAI.) Habenæ. Theophanes: διὰ ἀβηνῶν μαστιγῶσαι. habenis flagellare. Anastasius Biblioth. in hist. ecclesiastica nondum edita. habena vel ferula cædere in l. 1. §. impuberi D. de Senat. Silan. Glossæ Cyrilli: λῶρος, havena, pro habena. Item: ἱμὰς, habena.

AΔNOYMION.) Dilectus, census & descriptio militum. Constantinus in Tact. ἁρμόζει δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς ῥόγας, καὶ τοῦ ἀδνουμίου, ἀδνουμιάζεσθαι, καὶ ἀπογράφεσθαι. Leo Tactic. constit. 9. §. 4. εἰ δέ ποτε χρεία καλέσει τοῦτο γίνεσθαι χάριν ἀδνουμίου. V. Svidam, Phavorinum, & Glossas Basilicῶn.

AEPIKON.) Tributum pro spiritu aerio. Cujacius. Leo Tactic. cap. 20. §. 71. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους, καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικά, καὶ μηδὲν πλέον καταβαρεῖσθαι. quem locum interpres non intellexit. Videtur autem convenire interpretationi Procopii in ἀνεκδ. ut sit tributi genus quod supra solitum canonem exigitur.

AΘANATOI.) Immortales, ut apud Persas. Procopius περσ. p. 22. Μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγόμενον λόχον ἡσυχῇ μένειν ἕως αὐτὸς σημήνῃ, ἐκέλευσεν. V. Socratem hist. eccl. lib. 7. cap. 20. Themistii orat. Athenæum.

AKOIMHTOI.) Monachi insomnes. Series Episcoporum Byzantii, Juris Græcorom. pag. 298. Καὶ μοναχὸς ἐκ τῶν ἀκοιμήτων. Concil. Florent. pag. 723. edit. R. ἐν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ. Theophanes: μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων. Nicephorus Callistus 15. 23. μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκαταστήσας. Epistola 141. Theodoreti inscribitur Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν ἀκοιμήτων. & monasterium eorum Acœmetense. Victor in Chronico. Primasius quoque Acœmetensi monasterio relegatur. Joannes PP. in epist. ad Justinianum: Qui de Cumitensi monasterio fuit. Recte Cujac. emendavit, de Acumitensi. Idem Victor: Per monachos monasteriorum Achimitensium. Lege, Acumit. aut Acœmetensium.

AKOΛOYΘOΣ.) v. βάραγγοι.

ANTAPΣIA.) Theophanes in Phoca: ἤκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν, meditatam adversus Phocam rebellionem. ἀντάρτης qui tyrannidem affectat. Idem Theophanes in Mauricio: ὁ δὲ τύραννος Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψε. συναντάρτης est conscius & particeps rebellionis, correbellis, Anastasio Bibliothecario. Theodorus Metochites: ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτόν.

AΛΛAΓION.) Ἀλλαγὴ, commutatio pecuniarum. etiam hodie Græcis ἀλλάγω est permuto.

AΛΛHΛEΓΓYON.) v. Zonaram in Basilio, & Novellam Basilii περὶ ἀλληλεγγύου ὁμοτελῶν. & Meursium.

AΛOΓON.) Equus, jumentum. Leo Tact. cap. 10. §. 5. διοικεῖσθαι τὰ ἄλογα αὐτῶν.

Theopbanes in Heraclio. πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτῶν διεφθάρησαν. Nicetas Choniat. in Manuele Comn. 2. τὰ κύρση ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες. & de rebus gestis post excidium urbis: ἵπποι δὲ τὰς ὑβρισθείσας ὑπ᾽ αὐτῶν γυναῖκας εἰς τὰ ἄλογα ἀναβιβάζοντες. Basilica ad l. 17. D. de petit. hæredit. Hodie quoque Græcis ἄλογον est equus. Sic Latini animal pro equo dixerunt. Julius Firmicus Mathes. 3. cap. 7. Regiis animalibus præpositos. Legis Salicæ tit. 19. Scuriam cum animalibus vel fœnile incenderit. Theodorus Studita epist. ad Platonem: In animalibus sedentes in urbem ingressi sumus. ἀλόγοις.

ΑΜΒΩΝ.) Ambo, pulpitum, suggestus: Annales Fuldenses: In Basilica S. Petri ambonem ascendit, posito super caput suum Evangelio. Anastas. bibliothecarius in hist. eccles. super ambonem Chalcedonense anathematizavere Concilium. Concil. Laodicen. can. 15. εἰς τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων. Synodus Constant. 7. act. 1. πρὸ τοῦ ἱερωτάτου ἄμβωνος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς ἐπωνύμου Σοφίας. Basilius de vita S. Theclæ, Theopbanes in Justiniano, Nicephorus Callistus lib. 14. cap. 10. κεῖσθαι ταύτην ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστίν.

ΑΜΗΡΑΔΗΣ. ΑΜΗΡΑΣ. ΑΜΗΡΕΥΕΙΝ.) Zonaras. Ταρσοῦ ἀμηρᾶς Amiras; Amireus. Amiræum agere, ἀμηρεύειν. Theopbanes in Heraclio: τὸν ἀμηρεύοντα αὐτῶν.

ΑΝΝΩΝΑ.) Annona. Glossæ Nomicæ: ἀννῶνα σημαίνει παροχὴν, ἀγορὰν, ἢ τὴν ἐπέτειον διανομήν. Joannes Meursius legendum putabat ῥόγαν, pro ἀγορὰν. Sed nihil mutandum. ἀγορὰ enim & species annonarias significat, ut observat Isaacus Casaubonus ad Polybii lib. 1. Significat & ἀννῶνα salaria, consuetudines, stipendia, opsonia, rogas, quæ militibus, aut magistratibus, aut aliis erogantur, Novella 130. c. 1. Theophilus ad § ult. de milit. test. Macarius homilia 26. Vegetius 2. 7. B. Ambros. 5. epist. 27. Auctor incertus, vel Joannes Constantinopolitanus in Matth. homil. 51. & 53. Gregorius lib. 1. Epist. Ind. 3. c. 20. Anastas. Biblioth. in historia Eccles. Macedonius vero Acholium quemdam qui exemerat adversus se machæram ex submissione inimicorum suorum per singulos menses annonas præcepit accipere. V Basilica ad l. 2. C. pro soc. & gr. interp. ad l. 19. D. de testib.

ΑΠΛΗΚΕΥΕΙΝ.) Castra locare, metari. Leo Tact. cap. 9. § 37. κρεῖσσον ἀσφαλῶς ἀπληκεύειν. Theophanes in Justiniano: ἀπληκευσάντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως hinc ἄπληκτα pro castris. Leo d. c. 9. § 54. Onosander Strategici cap. 9. περὶ τοῦ συνεχῶς ὑπαλλάσσειν τὰ ἄπληκτα.

ΑΠΟΚΡΕΩΣ.) Quadragesima, carnisprivium. v. Filesacum. de Quadragesima p. 447. & Scorsum ad Hom. 15. Theoph. Ceramei. Nicephorus Gregoras lib. 8. ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρός.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΑΡΙΟΣ.) Isidorus Pelusiotes epist. 144. lib. 4. διὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου μαθόντες. Sexta Synod. Constantinop. act. 1. ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου. Menologium Julii 3. ἀποκρισιάριος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. apocrisiarius vel apocrisarius. Facundus Hermianensis lib. 4. a Stephano ecclesiæ Romanæ Diacono & apocrisario. Ferrandus diaconus ad Anatolium: Eutychetis apocrisarius ἀποκρισιάριος τοῦ Εὐτυχοῦς, Concilii Chalced. act. 1. Hinc apocrisariatus. Humbertus contra Græcorum calumnias: apocrisariatus sui tempore. ἀποκρισιάριον vetus interpres Synodi 6. Constantinop. interpretatur responsalem. Facundus d. lib. 4. Romanæ eccesiæ responsalem. Aimoinus 3. c. 66. Per responsales Fredegundis. Anastasius Bibl. in hist. eccles. Responsales vero Felicis Romani conveniens. & mox: Felix autem compertis quæ ab apocrisiariis suis gesta sunt. Alii responsa facientem. Gregorius lib. 7. epist. 5. Diaconus noster qui apud eum responsa faciebat. Theophanes: ὁ τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ποιῶν. Responsum est ἀπόκρισις in Novel. Justiniani. Chronicum Alexand. καὶ εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπόκρισιν. S. Benedictus abbas Anianæ in Concordia Regularum cap. 58. Fratres qui pro quovis responso diriguntur. Apocrisiarius igitur est, legatus Ecclesiæ, vel Principum, vel etiam privati.

ΑΡΜΑΜΕΝΤΟΝ.) Armamentum. Theopbanes: καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἀρμάμεντον: Anastasius Biblioth. in hist. Eccl. sic vertit: & illic posuit armamentum. armamentarium. ὁπλοθήκη, Gloss. Cyr. ὁπλοθήκη. armamentarium. Josephus ἀρχ. lib. 9. c. 7. ἀνοίξας δὲ Ἰωάδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην. Ruffinus Aquil. ita vertit: Interea Jajadas aperiens armamentarium. Adde Novell. 81. cap. 1. Theophan. in Mauricio. Interdum ἀρμάμεντον accipitur pro ipsis armis. Leo Tact. c. 6. § 28. ἑτέρας ἁμάξας φερούσας τὸ ἀρμαμέντον ἑκάστου ἀριθμοῦ τῶν στρατιωτῶν Constant. Tact. ἔχει δὲ καὶ ἑτέρας ἁμάξας βασταζούσας τὸ ἀρμαμέντον.

ΑΡΜΑΤΑ.) Arma. Leo Tact. cap. 19. §. 13. ἄρματα ἐχέτωσαν. Constantinus in Tact. φορεσῶσι τὰ ἄρματα. Codin. de Offic. εἴτε περὶ ἀλόγων, εἴτε ἀρμάτων. sive de equis, sive de armis. Item: ςερήμβοι ἀλόγων ἢ ἀρμάτων: qui equis aut armis nonnullis careant. Utitur Achmes ὀνειρ. c. 24. 54. 69. & 156. Thomas Magister: ὅπλα ἡ μόνον τὰ κοινῶς ἄρματα. Glossæ Nomicæ: ἄρμα σημαίνει καὶ ὅπλον Græci igitur recentiores τὸ ἄρμα καὶ τὰ ἄρματα dixerunt. Harmenop. 1. 26. §. 12. ὁ κλέψας ἀλλότριον ἄρμα: qui aliena arma subripuit. Alexius Rharturus: τὸ ἄρμα, τὸ ἰσχυρόν. Item: ἦναι μέγιςον ἄρμα κατὰ τῶν ἐναντίων. Manuel Moschop. ἄρμα ἑνικῶς τὸ τέθριππον, ἄρματα δὲ πληθυντικῶς τὰ ὅπλα. Errat Grammaticus qui negat τὸ ἄρμα ἑνικῶς arma significare. Eustath. ad Il. 2. ἡ τοῦ ἄρματος λέξις καὶ ἐπὶ ὅπλου λέγεται, καὶ Ρωμαϊκὸν τοῦτο. Nicephorus Blemmidas Epitom. Log. cap. 8. τὸ ἄρμα ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ τῶν Ρωμαίων ἔθει. Quemadmodum autem citerioris ævi scriprores τὸ ἄρμα & τὰ ἄρματα dixerunt, ita etiam postrema Latinitas arma usurpavit. Dositheus Magister in Glossis: inermis sine arma. Leges Longobardorum tit. 42. Cum sagitta, vel qualibet arma plagam fecerit. Hinc ἀρμάτοι in libris Basil. & apud Cedrenum, armati. Georgius Alexandrinus in Chrysostomi vita: ὅτι γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει τοῦτο πράττομεν, ὅτι ἐν δυναςείᾳ ἱππέων καὶ ἀρμάτων βασιλικῶν καὶ πλήθει στρατοῦ. & ἀρματώω, armare. Concilium Florentinum pag. 567. ed. R. ἵνα δώσῃ κάτεργα εἴκοσι μετὰ πάσης ἐξόδου ἀρματωμένα. Alexius Rhart. doctr. in S. & magn. Parasc. & ἐξαρμάτος. Corona pretiosa, ἐξαρμάτης, ἀθωράκισος. exarmatus, inermis.

ΑΣΗΚΡΗΤΕΙΟΝ.) Secretarium, Synodus 8. Oecumen. act. 4. οὗτος ὡμολόγησαν καὶ χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρήτης. videtur legendum, ἀσηκρητεῖα. Interpres enim vertit, in secretariis. varia autem erant secretaria, de quibus in σήκρετον.

ΑΣΗΚΡΗΤΗΣ.) Glossæ Nomicæ: Ἀσηκρήτης, ὁ τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς. A secretis, a secreta, secretorum notarius. Procopius Περσ. β΄. ἐτύγχανε γὰρ Ἰουςινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ρουφίνου, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα πρέσβεις παρὰ Χοσρόην σείλας· ἀσηκρῆτις καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ρωμαῖοι. σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόῤῥητα νενομίκασιν. Idem ἀνεκδ. pag. 63. ed. R. τοῖς δὲ ἀσηκρήτις καλεμένοις ἐκ ἀπεκέκειτο τὸ ἀξίωμα, εἰς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόῤῥητα γράφειν, ἐφ᾽ ὥνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτέτακτο. Nicephorus patr. in Breviario Historico: ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρήτης. Sexta Synod. Constantinop. act. 2. Παῦλος μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρήτης σηκρητάριος βασιλικὸς εἶπε. & act. 4. Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσηκρῆτις σηκρητείου βασιλικοῦ. Synod. Nic. 2. act. 2. βασιλικὸς ἀσηκρήτης. Nicephorus Constantinopolitanus archiep. epist. ad Leonem PP. Cum igitur ætatem virilem attigissem & juvenilem præteriissem in regalibus versatus atriis, militiam quamdam exercebam, & ipsam non absque opera ac remissa, sed quæ per manus & calamos exhibetur. etenim Imperialibus intereram scriptoribus, asecretis eos vocare soliti, Latinæ linguæ scimus esse dictionem. Landulphus Sagax lib. 17. Dirigit igitur Phocas Theodorum asecretis. Primus ordinis πρωτοασηκρήτης, primus a secretis, Anastasio Biblioth. v. in πρωτοασηκρήτης.

ΑΣΗΜΟΝ.) Argentum etiam signatum, Georgius Alexandrinus in vita B. Chrysostomi: Τὸ μὲν χρυσίον δέδωκε πτωχοῖς, καὶ τοῖς δεομένοις· τὸ δὲ ἄσημον διένειμε εἰς τὰς ἐκκλησίας. hodie ἀσήμι Græci dicunt pro argento, & ἀσημένιον pro argenteo. Cyrillus Patriarcha CP. adversus Judæos. ὅπου εἶχε τὴν κεφαλὴν χρυσὴν τὰ χέρια καὶ τὸ στῆθος ἀσημένιο.

ΑΣΚΗΤΗΡΙΟΝ.) Asceterium, Julianus Antecessor Novell. 6. 6. Papias: Assisterium, monasterium Græce. pro asceterium. vel asciterium, ut habent Juliani codices mss. Menolog. Gr. in Martio. μετὰ τὴν ὁμιλὴν ἀποβίωσιν σεμνῶν γυναικῶν ὥστε ὁ οἶκος γενέσθαι ἀσκητήριον. Nicephorus Callist. lib. 9. c. 14. ὃς ἀλλαχῆ, παρ᾽ Ἀθηναίοις δηλαδὴ τὸ ἀσκητήριον εἶχε. Hinc ἀσκητὴς, apud S. Basil. Theophylactus ad cap. 11. Lucæ. ὁ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν καὶ ἀποκεκαρμένοι τῶν ἄλλων. Hinc συνασκητὴς, Curopalates pag. 639. & ἀσκήτρια, ascetria, Julianus Novella 53. ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως, sive exercitatione. Ascetæ enim seu monachi, & ascetriæ seu monastriæ, in omni pietatis genere se exercent.

ΑΣΣΑΡΙΟΝ.) Assarium, as. V. Gloss. assem, ἀσσάριον, ὀβολόν. & assarium, ἀσσάριον, νουμμίον, Cleopatra. περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων. καλεῖται δὲ ἡ οὐγκία τετρασσάριον Ἰταλικόν.

ΑΥΓΟΥΣΤΑ.) Augusta, Augusti conjux. Achmes ὀνειροκριτ. cap. 125. Simoc. 8. 14. Basilica lib. 1. tit. 6. c. 1. ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις οὐχ ὑπόκειται ἡ δὲ Αὐγοῦστα ὑπόκειται. Theodor. epist. 138. τῇ εὐσεβεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ.

ΑΥΓΟΥΣΤΑΙΩΝ.) Augustæum. Descriptio urbis Constantinopolit. Au-

gustæum, Capitolium, Monetam. Pachimerius lib. 9. *Αὐγουσταιῶνος αὐλαίας πληρουμένης*. Palatium Constantinopolitanum.

ΑΥΓΟΥΣΤΑΛΙΟΣ.) Augustalis. Paulus l. 35. §. 3. ex quib. caus. mai. præfectus quoque Ægypti. Basilica: *ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας*. Justinianus Novell. 23. *ἀκροατὴν ἔξει Αὐγουστάλιον*. Julianus, præfectum Augustalem. Synesius epist. 29. 105. fin. Isidor. Pelus. 3. 50. Nicephor. Callist. lib. 10. c. 11. Phot. Biblioth. p. 259. edit. Græcolat. Theophylact. Simoc. 8. Histor. Mauric. cap. 13. Joann. Mosch. Lim. c. 207. *ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ Αὐγουσταλίου*. Theophanes homil. 46. *δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται καὶ Αὐγουστάλιος*.

ΑΥΘΕΝΤΗΣ.) Dominus. utitur Joannes Cantacuzenus p. 756. ed. R. Papias: authentes, dominus, auctor. Hinc *αὐθεντεία*. Thomas M. *αὐθεντία δὲ παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος*. Joann. Moschus Limon. c. 79. *δίδωσι δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἁρμαρίου τῷ αὐθέντῃ*. Alexius Rhartur. *καὶ ἡ αὐθεντεία σας*. & *αὐθεντεῖν*, & *αὐθεντικῶς*. Hesychius: *αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν*. Codinus in *παρεκβ. αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τῆς Λατίνης*. Cyrill. patri. CP. *κύριε ἤγουν αὐθέντη*. & apud Laonic. Chalcond. *μέγας αὐθέντης*. *le grand Seigneur*. De Sophia Augusta Anastasius in hist. Eccles. Accersitis Sophia A. pecuniarum venditoribus & notariis jussit deferri cautiones debitorum & breves. quibus lectis accepit breves, & præbuit eos debitoribus, & reddidit dominis suis. Cedrenus, *αὐθένταις*.

B.

BAIA.) Dona ab Imperatore aut Patriarcha quotannis dari solita, ante diem palmarum, unde eis nomen: est enim *βάϊς* seu *βαΐον*, ramus palmarum, Joannis cap. 12. Porphyrius de abstin. ab anim. v. Epiphanii homiliam *εἰς τὰ βαΐα*. Dorotheus doctr. 15. *μετὰ βαΐων*, cum palmis. Hinc ebdomas *βαϊοφόρος*. Georgius Logotheta in Chronico: *ὥστε δεῖ καταλαβεῖν τὸ νυμφαῖον πρὸ τῆς βαϊοφόρου*. quæ & *ἡ τῶν βαΐων*. Metaphrastes Sept. in Cyriaco: *ἕως ἡ τῶν βαΐων ἀφίκοιτο*. Hæc autem erogatio non semel fiebat. Theophanes in Apsimaro: *καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου*. quæ totidem fere verbis Cedrenus. Vide tamen Notas posteriores ad pag. 352. a.

ΒΑΙΟΥΛΟΣ.) Bajulus. Sophoclis Scholiastes in Ajace Lorario: *παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαίουλος*. Balsamo juris Græcor. p. 472. *τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν*. Theophanes: *Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον ἐπιτρέψας τὸν πατρίκιον καὶ βάγυλον αὐτοῦ ἐποίησε Παπᾶν*. Sic ms. R. Lege *βαΐουλον*. Auctor Anonymus in Annalib. Franc. Rex Carolus cum filiis & exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque suum Ludovicom Regem regnaturum in Aquitaniam misit, præponens illi bajulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter decenterque constituens tutelæ puerili congruos. Historia Miscella lib. 23. Quæ comprehensos omnes Imperatoris homines cecidit, atque totondit una cum Joanne protospathario & bajulo ipsius. Fredegarius Scholasticus in Chronico: Otto quidam filius Beronis domestici, qui bajulus Sigiberti ab adolescentia fuerat. Aimoinus de Gest. Fr. lib. 4. c. 38. Bajulus R. Sigeberti. Bajulus est pædagogus, præceptor, monitor, rector. *Gouverneur*. Hinc bajulatio. Aimoinus hist. 5. cap. 39. bajulationi committens.

ΒΑΝΔΟΝ.) Baodum, vexillum, signum militare. Hadrianus PP. Epist. ad Carolum M. R. Qui Neapolitani ipsos Græcos cum bandis & signis suscipientes. Anastas. Bibl. in ecclesiastica hist. Hunc Hisam in honorem filii sui atque Imperatorum terrorem cum Imperatorio ac decenti honore, militiisque ac blandis (l. bandis) ac sceptris in Hierusalem mittit. Procopius de bello Vandalico 2. p. 123. *τοὺς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας ἀρμῆσθαι*. Leo Tact. c. 12. §. 62. *τὰ δὲ βάνδα, ἤγουν τὰ σημεῖα*. Constant. in Tact. *ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν*. Scholiastes in *στηλιτ. α*. S. Gregor. Naz. *συνθημά ἐστι τὸ σημεῖον καὶ σύμβολον τῷ στρατῷ ὃ καλοῦσι βάνδον*. bandora, cohors militum; scara. Acta vitæ Alexandri PP. 3. Concurrerunt signiferi cum bandis. Radevicus lib. 2. c. 66. Signis & bandis præcedentibus ad palatium perduxerunt. Historia Vvambæ Regis Toletani: Illum cum bandorum signis accessisse. Benno Cardinalis de vita Hiltebrandi lib. 1. Et cuncti milites banda gestantes. Anastasius in Adriano: Eum cum bandora susceperunt. Hinc *βανδοφόροι*. Procop. d. lib. 2. p. 134. ed. R. *ὁ δὲ ἕτερος τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι*. Leo Tact. cap. 4. §. 14. *καὶ βανδοφόρος μὲν ἐστιν, ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων*. signiferi, vexillarii. iidem draconarii dicti. Ordo Romanus: Deinde milites draconarii, id est, qui signa portant. Theodoret. epist. 59. *Κομίζει δὲ ταύτην Πατρωῖνος δρακονάριος*. adde epist. 133. Significat

& βάνδον turmam, ſcaram, vel cuneum militum. Gloſſæ Nomicæ: κουσοῦλα, στρατιωτικὸν σῖφος, ὃ βάνδον Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Auctor vitæ Caroli M. in Annalibus Francicis: Dominus vero Carolus una eum Francis caſtrametatus eſt ad eaſdem, miſitque ſcaram ſuam. & pag. 19. Perveniensque in locum Ingilherim, miſit quatuor ſcaras.

ΒΑΡΑΓΓΟΙ.) Protectores Cujacio. Securigeri. De his Codinus de offic. vet. inſc. χιλιάρχῳ κοορ. θ'. βαράγγων. Joannes Cantacuzenus lib. 1. Hiſt. c. 41. οἵ τε τὰς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι. Græci ad l. 3. §. 5. D. ad leg. Cornel. de ſicar. βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον βάραγγον συγκλητικὸν φονεύσαντος. Aſtrampſychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, δηλοῖς εἰς βαράγγους καὶ μεγιστᾶνας, καὶ ἀξιωματικούς. Hi Celtæ erant ut ſcribit Scyl. apud Cedren. p. 619. c. in ora, vel Angli ut Codinus. Præfectus eorum ἀκόλουθος, ut jam obſervatum.

ΒΑΡΔΟΥΚΙΟΝ.) Haſtile, jaculum, pilum, telum quod jaci poteſt. Conſtantinus in Tacticis: τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.) Rex, Imperator, de præſentis temporis rege. Zoſimus Hiſtor. 5. ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύοι. & βασιλὶς pro Auguſta. Idem lib. eodem σοβαῦν καὶ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος. Sic Byzantini Imperatorem vocare ſoliti. Annales Francorum: More ſuo, id eſt, Græca lingua, laudes ei dixerunt, Imperatorem eum & Baſileum appellantes: & iiſdem pene verbis auctor vitæ Caroli M. & Eginardus de geſtis Caroli M. & Annales Fuldenſes. Cæteros, ῥῆγας per contemptum appellabant, ut ῥῆγα Φραγγίας. v. Luitprandum in Legatione.

ΒΕΡΓΙΟΝ.) virga. Anaſtaſius Biblioth. in hiſt. eccl. Contra Vulgares fundis & virgis armatos & blaſphemantes minavit. Leo Tactic. cap. 7. §. 3. μετὰ σκουταρίων καὶ βεργίων. & §. 18. ἀντὶ σπαθίων βεργία, ἢ νάρθηκας, ἢ καλάμους ἀντὶ κονταρίων ἀναδιδούς. Conſtantin. in Tact. βαστάζουσιν δὲ καὶ σκουτάρια, καὶ βεργία. Menolog. in Martio: ἔπλεξεν οὖν ὁ γέρων μέχρις ἐννάτης ὥρας οὐργίας (ſic mſ.) δεκαπέντε μόχθῳ πολλῷ.

ΒΕΣΤΙΑΡΙΤΗΣ.) v. πρωτοβεστιάριος.

ΒΙΓΛΑ.) Vigilia. Euſtath. li. 2. σκοπιὴν δὲ λέγει τὴν κοινῶς λεγομένην βίγλαν. Theophanes: κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος. Leo Tact. 11. §. 9. ἔχειν δὲ καὶ βίγλας ἔξωθεν. & cap. 17. §. 54. ἵνα βίγλα ἀκριβὴς καὶ ἀσφάλεια τοῖς λοιποῖς γένηται. Hinc βιγλάτωρ, excubitor. Idem Leo cap. 14. §. 16. μετ' ὀλίγων βιγλατόρων. & βιγλεύειν. excubias agere. Leo cap. eodem §. 13. ὀφείλων βιγλεύειν. & d. c. 17. §. 102. διὰ τὰς βιγλεύοντας πάντας. vel βιγλίζειν, vigilare. Conſtantin. in Tact. p. 38. πρὸς τὸ βιγλίζειν αὐτούς. & p. ſeq. ἵνα προλαμβάνωσιν οἱ καβαλλάριοι, καὶ βιγλίζωσιν.

ΒΙΞΙΛΛΑΤΙΩΝΕΣ.) Vexillationes, alæ equitum. Gloſſæ Cyrilli: βεξιλλατίων, vexillatio. de vexillationibus Veget. & Cuj. ad l. ult. C. de his qui non impletis ſtipend. ſac. ſol. ſunt.

ΒΙΣΕΞΤΟΣ.) Biſextus. Anaſtaſius Antiochenus: ὅτι ἡ τετραετία τοῦ λεγομένου βισέξτου εἰς τέλειαν ἡμέραν ἀπαρτίζει τὴν κίνησιν. Gloſſarium mſ. illuſtriſſ. F. Cancellarii Petri Seguierii: βίσεξτον, ἐπινέμησις τετραετίας.

* ΒΛΑΤΤΙΟΝ.) Blatta. Salomon Epiſcopus:

Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombice aut gemma, blattis, eborique fuiſſet.

Conſtantinus de adminiſtr. imper. οἷον βλαττία. pannus ſericus. Fortunatus 2. 3.

Serica cui niveis agnata eſt blattea telis.

ΒΟΥΚΕΛΛΑΡΙΟΣ.) Bucellarius. Gloſſæ Nomicæ: βουκελλάριος, ὁ ὑποστελλόμενος καὶ φέρων τινά. Item: βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. Græci lib. 60 Baſilic. βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. ἐκ δὲ τοῦ βούκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τῷ παραμένειν αὐτῷ. Bucellarii dicuntur ſtationarii milites. ex nomine autem bucca, quod eſt panis, vocantur bucellarii, panem alicujus edentes in hoc ut morentur apud eum. Bucellarii igitur ſunt cuſtodes corporis, protectores, ſtipatores, ſatellites, armigeri, adſeclæ, domeſtici procerum vel principis. Sic etiam dicti clientes. Papias: cliens, bucellarius. iidemque paraſiti dicti. Aldhelmus de laudib. virginit. Hæc tanta prodigia cernens Claudius tribunus obſtupuit, & corde compunctus cum ſeptuaginta militibus & omni familia, & vernacula clientela una cum paraſitis & ſodalibus credidit in Dei filium. & ibidem: a propriis paraſitis & domeſticis clientibus. De them. Bucell. vide Conſt. de th. orient. th. 6. & eumdem de admin. imp. c. 51. & Curopal. p. 656.

ΒΟΥΚΙΝΑΤΩΡ.) Buccinator. Theophanes: δύο ἀδελφοί τινες φιλόχριστοι ἐν τῇ πόλει καταμένοντες υἱοὶ βουκινάτορος. Scholia in Epitom. SS. Cann. tit. 2. ſect. 2. ἐπὶ τοῦ πο-

πατριάρχου Θεοδοσίου βουκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθεὶς. id est, sub patriarcha Theodosio buccinator quidam Imperatorius baptizatus. a buccina seu tuba, quæ βούκινον Græcis posterioribus. Suid. φωνασκεῖν, ἀφωνίαν ἀσκεῖν, καὶ φωνασκικὸν, βύκινον. Glossæ Cyrilli: σάλπιγξ, tuba, litua, buccinum. Quamquam inter buccinam & tubam nonnihil interest.

ΒΟΥΝΕΥΡΟΝ.) Theophanes in Phoca: ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν. & alibi: ἀνὰ ρ. βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι. Menologium in Martio: τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας τοῖς βουνεύροις ἀνηλεῶς συγκοπτομένου. Simeo Metaphr. in Sergio & Baccho: καὶ τὸν μὲν Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παρεδίδου τέως ἐᾶσθαι ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας, τὸν Βάκχον δὲ ὑπὸ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα βουνεύροις ὠμοῖς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι. Constantin. Manasses: ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας. Item: ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν καταικίζει τὴν σάρκα. Martyrologium Usuardi mense Oct. d. 7. Quorum Bacchus tamdiu est nervis crudis (βουνεύροις) cæsus quoadusque totus corpore discissus in confessione emitteret spiritum.

ΒΡΑΧΙΟΝΙΟΝ.) Armillæ, Achmes c. 127. ὀνειρ. Ἐὰν ἴδῃ ὅτι βραχιόνια ἔλαβε χρυσᾶ.

Γ.

ΓΑΛΕΑ.) vel γαλαία. triremis, *galere*. Leo Tact. c. 19. §. 10. γαλεάτζα. Concil. Florent. p. 567. ed. R. *galeasse*.

ΓΕΝΙΚΟΝ.) Ærarium publicum. Huic præfectus τοῦ γενικοῦ λογοθέτης dicebatur. Nicephor. Gregoras lib. 7. Codin. de offic. Eumdem γενικὸν appellatum tradunt viri eruditissimi ex hoc loco Suidæ, Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσι. de quo dubito; nam de eodem Joanne sic scribit Nicephorus in Breviario historico: τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. atque ita forte legendum apud eumdem p. 115. Ed. R. τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην καλοῦσι, nisi δημόσια pro tributis accipias. Theoph. in Constantino: τόν τε Θεόδωτον τὸν μοναχὸν καὶ γενικὸν λογοθέτην. Hinc ἀπὸ γενικῶν, qui eo munere functus, Joannes Scylitzes in principio Historiæ, Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν. Chronologia vetus: Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν. Nicephorus exgeneralis Logotheta. eadem verba in 8. Synodo p. 348. edit. Rom.

Δ.

ΜΑΓΙΣΤΕΡΙΑΝΟΣ. ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝΟΣ.) Magistrianus, agens in rebus, officialis magistri officiorum. Isidori Pelusiotæ epist. 229. lib. 3. inscripta, Λεοντίῳ μαγιστριανῷ. & lib. 4. 81. Synodus Nicæna 2. act. 1. ex libro de vita S. Sabæ: παρόντων ἔτι καὶ ἀκμόντων τῶν τε μαγιστριανῶν καὶ ἀρχόντων. Anastas. Bibl. præsentibus magistrianis. Theophan. Ἰουλιανὸν μαγιστριανὸν μετὰ σάκρας. Anastas. in Hist. Eccles. Julianum magistrianum cum sacra. Constantinus Imp. epist. ad Arrium in fine, extat autem apud Gelazium Cyzicenum act. Conc. Nicæni lib. 3. διὰ Συγκλητίου καὶ Γαυδεντίου μαγιστριανῶν. Utitur Constantinus de admin. Imp. Pallad. hist. Laus. cap. 149. Occurrit sæpe in Concilio Ephesino. Agapitus episcop. epist. ad Leonem Imp. (extat Concil. Chalcedon. parte 3.) c. 45. Ne quod impedimentum fieret Eudoxio viro devoto magistriano. Marcus Gazensis diaconus apud eminentiss. Cardin. Baronium: Interim autem dum purgaretur locus, venit magistrianus epistolas afferens Imperatorias semper memorandæ Eudoxiæ. Breviculus Histor. Eutychianistarum: Dirigit magistrianos per totum Orientem. Anastas. Biblioth. in Hormisda: Cum militibus & magistrianis. Acta Abercii apud eumd. Baron. Valerianum & Basianum magisterianos divinorum nostrorum officiorum mittimus. alias, magistros, legitur. Priorem lectionem confirmat Simeon Metaphrastes in Abercio: καὶ Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς δεῦρο ἀποστεῖλαι κελεύσας. & paulo post: Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων ἐπέμψαμεν. Sic legitur in duobus mss. Meminere Marcellinus Comes & Victor in Chronicis. de agente in rebus Ammianus Marcellinus. Glossæ Philoxeni, agens in rebus, μαγιστριανός. Concil. Chalced. act. 1. Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανός. vet. int. agens in rebus. & pag. 76. in fine eod. Βερονικιανὸς μαγιστριανός. Int. magistrianus. ut act. 3. p. 229. d. Leo M. epist. 70. ad Marcian. Aug. Ut confestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret. Lucifer Caralitanus epist. ad Florentium magistrum officiorum: Bonoso in rebus agenti perferendum traditum. Synod. 5. Comitas dicor agens in rebus. Anastasius in Liberio: Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus. Adde B. August. Confess. lib. 8. c. 6. & lib. 9. cap. 8. B. Ambros. epist. ad Marcellinum, & de offic. lib. 3. S. Athanas. Apolog. ad Constantin. Imp. Ἀντίοχός τε καὶ Εὐάγριος ἀγεντισρέβους. Interpres vertit, præfecti sericorum. Sed alii cod. habent, ἀγεντισρέβους. id est, agentes in rebus. v. Not. Fronton. Ducæi ad hom. 13. B. Chrys. ad Antioch. Vetus interpres Novellæ 17. cap. 4. μαγιστριανόν, magisterianum vertit, & N. 124. c. 3. Julianus autem Nov. 21. cap. 1. agentem in rebus. Novella 122. cap. 2. magistrianum. Theodoretus epist. 79. στρατηλατιανὸν vocat, epistola autem 136. μαγιστριανόν. Agentes autem in rebus dicti, quia in rebus & in actu militant. Erant inquam ut dixi, magistriani officiales Magistri officiorum, de quo infra in μάγιστρος.

ΜΑΓΙΣΤΡΟΣ. ΜΑΓΙΣΤΕΡΙΑ. ΜΑΓΙΣΤΕΡΙΟΝ.) Magister. divinorum seu aulicorum officiorum magister. μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων, Chalc. Conc. act. 1. magister sacrorum officiorum. Sexta Synod. Constantinop. act. 1. μαγίστρῳ τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων. Palatii magister. S. Athanasius apolog. ad Imp. Constant. Παλλάδιος ὁ γενόμενος τοῦ παλατίου μάγιστρος. Inter epistolas S. Basilii 84. 329. 416. inscriptæ sunt Σωφρονίῳ μαγίστρῳ. Stephanus περὶ πόλεων in ἀκόναι. διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ. v. B. Chrysostomi homil. 17. ad Antiochenos & Notas. Græci magistrum interpretantur, ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Svid. Ῥουφῖνος Κελτὸς γένος μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς. ex Zosimo p. 773. Alii strictius accipiunt magistri officium, ut Procop. Gaz. in lib. 3. Regum cap. 3. ὁ αὐτὸς δὲ ἦν ὥσπερ τῷ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις μαγίστρῳ, τῶν φρουρούντων τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἡγούμενος, Agathias lib. 4. ὁ μὲν γὰρ ἐν λοχαγοῖς ἐτέλει ὁ Βαράζης. ἄτερος δὲ τῶν μὲν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων τῶν Λαζῶν βασιλέως ἡγεῖτο. μάγιστρος ὄνομα τῇ ἀρχῇ. Theodoretus Quæst. in 2. Regnor. interrog. 40. ὁ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις μάγιστρος ὀνομαζόμενος τῶν περὶ τὸν βασιλέα πεζεταίρων, ἀσπιδηφόρων φημὶ καὶ δορυφόρων, τὴν ἡγεμονίαν πεπίστευται. quod scilicet Principis satellitibus præesset. ἐπιστάτην δορυφόρων vocat Synesius de providentia, prætorianis militibus præpositum. Magnus autem magistri honos, quo ornati etiam Imperatori consanguinitate juncti. Constantinus Manasses:

—τῶν λαμπρῶν τινὸς καὶ περιδόξων,
πρὸς γένος ὄντος βασιλεῖ, μαγίστρου τὴν ἀξίαν.

Magistri dignitas dicebatur μαγιστρεία, vel μαγιστέριον. Glossæ juris: πρεῖον, ἀρχή. ἴσως,

μαγιστέριον. Theophanes: παύει τὸν Λογγῖνον τοῦ μαγιστερίου. ut apud Sidon. magisteria palatina, & militaria lib. 1. epist. 3. & in l. un. C. de quæstor. & mag. off. aut efficaci magisterio. Cl. Salmas. ad Trebell. Poll. pag. 263. legit, magisteria. Sed Cujacii auctoritas potior apud me est, magisterio retinentis in d. l. un. Severus Sulpitius Dial. 3. 15. missis obviam magisterii officialibus. Sic magisterio fungi apud Sveton. in Domit. Nec video cur dignitas magistri magisteria dicenda sit, cæterorum autem magistrorum, magisterium. Cujacius magistro officiorum similem esse eum arbitratur qui in Gallia dicitur, *preuost de l'hostel*, ad l. 3. C. de præpos. sac. cub. v. eumdem Parat. Cod. tit. de offic. mag. offic. Qui ea dignitate functus est dicitur, ἀπὸ μαγίστρων, ex magistro, Concil. Chalced. act. 1. Theodoretus epistola 110. Dixerunt & μαΐστωρ, ut in Theodoreti epist. 140. inscripta Βιγκομάλῳ μαΐστρῳ. Theophanes: Ἴλλος ὁ μαΐστρος, Codinus in Orig. Constantinop. καὶ ἔδωκε κοντάκια τοῦ λαοῦ διὰ στρατηγίου μαγίστρου. in exempl. viri perillustris Nicolai Fabricii legitur, μαΐστρου. Basilica in l. 7. §. 1. D. de instit. μαΐστορα τοῦ ἰδίου πλοίου. sic legendum ut in Regio cod. Synops. non μαγίστωρα ut in Basil. ms.

ΜΑΓΚΙΠΕΙΟΝ. ΜΑΓΚΙΨ.) Pistrinum. Chronicon Alexand. pag. 786. E I.R. ἔκτισε δὲ ἔνδον τοῦ παλατίου μαγκίπεια. Nicephorus Callisti lib. 12. cap. 22. Quod Ulpianus alicubi dixit, conjecit in pistrinum, Græci vertunt. ἐν μαγκιπείῳ παράγω. Vita Joannis eleemosynarii cap. 21. Et animal portans siligines a mancipio causa prandii ipsius. Hinc μάγκιψ pro pistore. Glossæ juris: μάγκιψ, ὁ πτχίστης τοῦ δημοσίους ἄρτου. Ulpian. in l. 13 §. ult. de usufr. Si stabulum pistrino locaverit. Basilica: ὅτι μάγκιπι τὸ στάβλον. vide Cujac. de divers. temp. præscript. cap. 13.

ΜΑΓΚΛΑΒΙΤΗΣ.) Μαγκλάβιον est lorum, flagellum. Theodorus Hermopolites lib. 7. tit. 8. τύψας αὐτὸν μαγκλαβίοις ἢ ῥάβδοις. Achmes cap. 249. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγ. λαξευτηρίῳ. δηλοῖ δὲ καὶ φόνους καὶ κοπὰς κεφαλῶν καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν καὶ μαγκλάβια. Hinc μαγκλαβίτης. Georgius Logoth. in Chronic. τὸν δὲ μαγκλαβίτην Νικόλαον. De quo v. Meursium & doctiss. Vossium de vit. sermonis.

ΜΑΚΕΛΛΕΙΟΝ. ΛΕΩΜΑΚΕΛΛΙΟΝ.) Macellum, laniatorium. Hinc μακελλάρης, & μακελλάριος. lanius. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ· δηλοῖ δὲ εἶναι τὸν ἄνθρωπον μακελλάριον καὶ μάγειρον. μάκελλος idem quod μακελλεῖον. Ziphilinus in Nerone: τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον ὠνομασμένον. Hinc λεωμακέλλιον apud Cedrenum. v. Meurs. in μάκελλος.

ΜΑΝΑ.) Mater. v. Meursium, & eruditissimum Vossium de vitiis sermonis lib. 3. cap. 24. μᾶ ἡ μήτηρ κατὰ βρέφους προσφώνησιν, Eustathius ad Iliad. 5. Etymol. in πᾶς.

ΜΑΝΔΡΑ. ΜΑΝΔΡΙΤΗΣ. ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΗΣ.) Monasterium. Georgius Alexandrinus in vita B. Chrysost. ὡς δὲ καὶ ἁρπάζων ζῶντας ἐν τῇ ἑαυτοῦ μάνδρᾳ. Item: σπουδαίως χωρεῖν ἐπὶ τὴν μάνδραν τὴν τοῦ πατρός. Dorotheus doctr. 23. Nicephorus Call. lib. 14. cap. 51. Simeon Metaphrast. εἰς τὴν νεόκτιστόν σου ταύτην μάνδραν. Alcuinus epist. 27. Cælestis mandræ agmina. Albinus 2. de vita S. Vvillibrordi:

Circuit idcirco vigil hoc tutamine mandras, Hinc μανδρίτης. Conc. Const. sub Menna act. 5. Ermenoldus in vita S. Solæ. Mandritis e diverso venientibus. & ἀρχιμανδρίτης. Synodus Constantinop. 7. act. 1. εὐλαβεστάτων ἀρχιμανδριτῶν, ἡγουμένων τε καὶ μοναχῶν. Avitus Viennensis epist. 2. Copiosæ monachorum multitudinis præpositus fuit: cujus officii personas Episcopi Orientales Archimandritas appellant. Monachorum princeps. vetus interpres Concilii Chalcedonensis.

ΜΑΝΔΥΛΙΟΝ.) Mantile. Etymologicum. Alexius Rharturus doctrina ult. εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ μανδύλιον. v. Meursii Gloss.

ΜΑΝΙΚΙΟΝ.) Manica. Theophanes in Theodosio: τὰ μανίκια τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ χειρὸς κατέβαψαν. Constantinus in Tacticis pag. 15. δεῖ δὲ καὶ κένδικλα ἔχειν αὐτούς πολὺ πλατέα ἔχοντα καὶ μανίκια πλατέα. Glossæ Nomicæ interpretantur λαβίω, seu capulum. Nos ibi dicemus.

ΜΑΠΠΑ. ΜΑΠΠΑΡΙΟΣ.) Mappa. de mappa vide eos qui de Circo scripserunt. & Vossium virum longe doctissimum de vitiis sermonis cap. 4. Marcellinus Comes in Chronico: una dumtaxat ultimaque mappa insanienti populo denegata. Hinc μαππάριος, qui mappam in Circo mittebat.

ΜΑΤΡΙΚΑΡΙΟΣ.) Ξυλουργὸς, faber lignarius.

ΜΑΤΡΙΚΙΟΝ.) Matricula. Canones Ecclesiæ Affricanæ: τὸ ματρίκιον καὶ ἀρχέτυπον τῆς Νουμιδίας matricula & archivum Numidiæ. Zonaras ad can. 93. Concil. Carth. ἀπογραφή τις. αὕτη γὰρ ἐστὶ τὸ ματρίκιον. Græci lib. 22. Basilic. tit. 4. ad Novellam 73. c. 8. γίνεται σύγχυσις γραμμάτων καὶ ἀπὸ τοῦ κώδικος, καὶ ἀπὸ τοῦ ματρικίου.

MA-

ΜΑΤΡΙΞ.) Matrix. Græci ad l. 15. C. de testib. *οἷον ἰσοκώδιξ, ἡ μάτριξ.* Gloss. Lat. Græc. matrix, *σημεῖον ὀνομάτων.* Glossæ Nomicæ : *μάτριξ, ἀπογραφαὶ καὶ ἀντιγραφαί.* v. Not. ad Cann. eccl. Affr. pag. 46. Zonar. ad can. 36. Synod. Carth. Hinc matricularii, id est, inscripti matriculæ. Aldhelmus de laudibus virginitatis : Sed omne patrimonium & ornamentorum gloriam tam discriminalia capitum & periscelides crurum, quam olfactoriola nardi, & crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia ad stipem mancis & matricularis (l. matriculariis) prodiga liberalitate contulerunt. id est, egenis. de variis matriculis v. Vossium de vitiis sermonis.

ΜΑΤΡΩΝΙΚΙΟΝ.) Matroneum. v. Meursium.

ΜΕΤΑΞΑ.) Metaxa, sericum. Laonicus Chalcond. lib. 4. *τρέφει ἡ χώρα αὕτη μέταξάν τε καλλίστην ποιουμένη.* Videndi Achmes *ὀνειρ.* cap. 222. Procop. *ἀνεκδ.* p. 111. Ed.R. Zonar. ad Concil. p. 231. Ed. R. Nicephorus Callist. tom. 2. pag. 787. Cujacius ad lib. 10. C. de murilegulis.

ΜΙΛΙΑΡΙΣΙΟΝ.) Miliarense. nummi genus. duodecima pars solidi. Constantinus de admin. Imp. *μιλιαρισίων ἑτέρας δέκα λίτρας.* Georgius Syncellus : *καὶ σκεύη τῶν ἐκκλησιαστικῶν λαβὼν ἐχάραξε νομίσματα καὶ μιλιαρίσια.* Moschus Limonarii cap. 185. Niceph. Callist. t. 2. p. 838. Codinus in originib. Constantin. p. 79. Ed.R. Menolog. in Martio. Theophanes in Heraclio. Cedrenus deducit a militia. Hero *περὶ σταθμῶν : μιλιαρίσιον δὲ τὸ ἀργυροῦν, ὅ ἐστι καὶ α. στρατιωτικὸν δόμα· μιλίτια γὰρ ἡ στρατεία.*

ΜΙΣΟΣ.) Cedrenus interpretatur, *ἆθλον.* Glossæ Græc. Latin. *ἆθλον*, missum.

ΜΙΣΣΙΚΙΟΣ.) Missicius, qui missionem consecutus est impletis stipendiis. Dixi ad Theophilum.

ΜΙΤΑΤΩΡΙΟΝ. V. Notas posteriores pag. 43.

ΜΟΔΙΟΛΟΣ.) V. eumdem. pag. 38.

ΜΟΝΑΧΟΣ. ΜΟΝΑΖΩΝ. ΜΟΝΑΣΤΗΣ.) *καλόγηρος.* monachus. Gloss. Græc. Latin. *μοναχὸς*, solitarius, singularis, monachus. Rutilius in Itinerario libr. 1.

Ipsi se monachos Grajo de nomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt.

hinc singularitatis professio can. propositum 10. quæst. 3. Zosimus p. 800. *ἀπείληπτο δὲ ἡ νεῶ ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν.* Epiphan. physiol. cap. 22. Idem *μονάζων.* Macarius homilia 38. B. Chrysost. epist. 14. *Μονασής.* Gregorius presbyter in vita Gregorii theologi : *μονασὴς ἀντὶ κοσμικοῦ, καὶ ἀκτήμων ἀντὶ χρηματικοῦ εἶναι ἐλόμενος.* *Καλόγηρος.* Joannes Moschus Limon. cap. 27. & 45. Gallis, *beau pere.* *μονάστρια ζωὴ*, vita solitaria, Constant. Manass. *μονάστρια.* Monacha. Manasses : *καὶ τίθησι μονάστριαν.*

ΜΟΝΗ.) Monasterium. Nicephorus Gregoras 3. *ὃς ἐτύγχανε παρὰ τὴν ἑαυτοῦ μονήν.* Simeon Metaphrastes in Hilarione : *ἐπὶ τὴν μονὴν τοῦ Ἀντωνίου ἀφικνουμένοις.* Svid. in Justin. Rinothm. *τῆς Καλλιστράτου μονῆς μοναχός.* & ibidem : *ἡγούμενος τῆς τοῦ Φλώρου μονῆς* : monasterii Flori hegumenus. Cedrenus simpliciter, *ἡγούμενος τοῦ Φλώρου.* Hinc *μονίδριον*, Monasteriolum. Niceph. Greg. 4.

ΜΟΝΟΣΤΡΑΤΗΓΟΣ.) p. 350. c. monostrategus. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. Imperium ad patrem proprium transferre satagebat, quem & monstrategum fecit. sic duo mss. scribe : monostrategum, ut alibi apud eumdem.

ΜΟΝΟΞΥΛΑ.) Scaphæ de singulis trabibus excavatæ. Veget. de re milit. 2. cap. ult. Chronicon Alexand. p. 900. & 904. Ed.R. Nicephorus Constantinop. in Breviar. Hist. Gloss. Græc. Lat. *μονόξυλον*, lintris. Zosimus lib. 4. *οἱ μὲν οὖν βάρβαροι τὸ τῆς δυνάμεως ἀκμαιότατον πλήθει μονοξύλων ἐμβιβάσαντες ἔταξαν.*

ΜΟΝΟΠΩΛΕΙΟΝ.) Monopolium. Curopalates pag. 665. vide tit. Cod. de monopol.

ΜΟΥΛΙΚΟΝ ΖΩΟΝ. ΜΟΥΛΑ. ΜΟΥΛΙΟΝ.) Theophanes in Constantino. animal mulinum, Anastasio Biblioth. ut *μοῦλα* in Basilicis, mula. Alexander Trallianus lib. 1. cap. 15. *πιστεύεται δὲ ἐὰν τρίχας ὄνου, ἢ μούλης ὑποθυμιάσης.* & *μουλίων*, mulio. Basil. ad l. 60. §. 7. D. loc. & alibi.

ΜΥΣΤΙΚΟΙ.) Mystici. Joannes Cantacuzenus lib. 3. cap. 97. *μυστικῷ τῷ Κινάμῳ καὶ Ἀσάνῃ τῷ πανυπερσεβάστῳ.* Niceph. Greg. 8. *ὅθεν καὶ δόλῳ παρὰ μοναχοῦ μυστικοῦ ἁλίσκεται.* v. Posterior. Not. p. 43. Balsamon ad Conc. p. 520. d.

N.

ΝΑΡΘΗΞ.) Nartex. De Narthece an intra ecclesiam vel extra esset v. eruditissimam dissertationem Leonis Allatii de narthece. & de Græcor. templis p. 110. edit. Paris.

ΝΟΤΑΡΙΟΣ.) Notarius, qui notis sive litterarum compendiis scribit. S. Basilius epist. 178. inscripta νοταρίῳ. οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι. διὰ τοῦτο σημείων χρῄζουσιν ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. S. Athanasius epist. ad Solitar. vit. agent. ὑπὸ γὰρ στρατιώτου παρόντος, ἢ παλατινοῦ ἢ νοταρίων ἀποσταλέντων. B. Chrysost. ep. 1. ad Innocent. καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως νοταρίων εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος. Occurrit passim, ut Synodi Constant. 6. act. 2. & 3. apud Theophan. Codioum in Excerpt. interpretem Cano. eccl. Affr. & libris Basil. Ingrediaotur quoque & notarii quos ad recitandum, vel ad excipiendum ordo requirit. in capite quod inscribitur, ordo de celebrando concilio, ante concilium Eliberitaoum. In schola notariorum qui primum locum tenet, primicerins notariotum dicitur. Prosper in Chronico: Nullo jure debitum Joannes ex primicerio notariorum regnum sumit. Coocil. Chalcedon. act. 3. Αἴτιος ἀρχιδιάκονος καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπε. vide i. in πρωτονοτάριος. officio functus, ὁ ἀπὸ νοταρίων. Theophanes. v. Cujac. ad tit. Cod. de primicerio & secund. & Meursinm in hac voce.

ΝΟΥΜΕΡΑ.) Numeri, cohortes. Theophylactus ad Acta Apostolor. cap. 10. σπεῖρα δέ ἐστιν ὁ καλούμενος νῦν νούμερον. ex B. Chrysost. homil. 22. in Acta. Menologium Julii d. 8. ὥστε τοὺς στρατιώτας ἰδόντας τὴν δύο νουμέρων σὺν τοῖς δυσὶ τριβούνοις Νικοστράτῳ καὶ Ἀντιόχῳ πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. & d. 14. ἐν τοῖς νουμέροις στρατευόμενος ὑπὸ τριβούνῳ Κλαυδίῳ. Theodorus lib. 45. βασιλ. tit. 1. στρατιώτης ἀδιάθετος τελευτήσας καὶ ὄντος ἀδιαδόχου, τὰ πράγματα αὐτοῦ δίδοται αὐτοῦ τῷ ἰδίῳ νουμέρῳ. Constantius dixerat in l. 2. C. de hæred. decur. ad vexillationem in qua militavit, res ejusdem pervenire. Basil. ἐκ τοῦ τάγματος αὐτοῦ κληρονομεῖται. Glossa interlin. ἐκ τοῦ συστήματος. Numerus igitur sive νούμερον, vexillatio, τάγμα, σύστημα, pro eodem hic accipitur. Vox numerorum occurrit in libris Juris & aliis auctoribns. vet. inscr. ob reditum numeri. alia: nnmerus militum caligatorum. Alii ἀριθμοὺς appellant. Theophanes in Justiniano: ἔδωκε δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς στρατηλάτου ἀριθμοὺς τέσσαρας.

ΝΩΒΕΛΛΙΣΙΜΟΣ.) Nobilissimus. Curopalates pag. 675. c. d. Hac dignitate ornati Imperatoris filii, fratres, & proxima necessitudioe conjuncti: quibus aliquid principalis majestatis accedebat: utebantur enim corona & χλαῖναν χρυσῆν gestabant. Theophanes in Constantioo Copron. Νικήταν τὸν ἔσχατον ἀδελφὸν αὐτῶν πεποιήμενος βελίσιμον. ἐπέθηκεν αὐτῷ χλαῖναν χρυσῆν, καὶ τὸν στέφανον. Lege, νωβελίσιμον: Anastasius Bibliothecarius hæc ita vertit in Histor. Ecclesiastica. Et Nicetam novissimum fratrem eorum novelissimo facto, superposuit & chlamidem auream & coronam. sic legitur in duobus mss. pro, nobilissimum faciens. De eodem Niceta Nicephorus Constantinopolit. in fine Breviarii Historici. Νικήταν δὲ νωβελλίσιμον. Theophanes in Leone etiam perperam legitur in ms. καὶ τρισὶν ὁ βελισίμοις, pro, τρισὶ νωβελισίμοις. Philostorgius Hist. Eccl. lib. 8. Ἰοβιανὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπαίρων, καὶ γεγονὼς ἐν Ἀγκύρᾳ, θάτερον τῶν ἑαυτοῦ παίδων Οὐαρρωνιανὸν κομιδῇ νέον ὄντα ἐπιφανίσατον, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν Νωβελλίσιμον δύναται. vide eumdem lib. 12.

ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.) Oecumenicus. De titulo Oecumenici. vide quæ dicimus ad Collectionem constitutionum ecclesiast. Balsamonis.

ΟΡΝΑ.) Pro oroatura. Papias: limbus est, quam nos ornaturam diximus, quæ ambit extremitatem vestium: aut ex filo aureo contexta assutaque extrema parte vestimenti.

ΟΡΦΑΝΟΤΡΟΦΟΣ.) Orphanotrophus, pupillorum vel adolescentium tutor aut curator. qui pupillos vel adolescentes parentibus orbatos sustentat & educat. Niceph. in Chron. Ἀκάκιος πρεσβύτερος καὶ ὀρφανοτρόφος.

ΟΦΦΙΚΙΟΝ.) Officium. Eustathius ιλ. μ'. ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ὁ διπλάζει τὰ δασέα, ὀφφικίου τοῦ ὀφφικίου. αὐτὸ δὲ ἡ γλώσσης ἑλλήνων ἐστί. Synodus 6. in Trullo cap. 7. ὀφφίκια ἐκκλησιαστικὰ ἔχοντες. Balsamon: ἐκκλησιαστικοῦ ὀφφικίου, ἤτοι ἀξιώματος. & paulo post: ὀφφίκια δὲ λέγονται ἀρχοντίκια. v. eumd. ad can. 34. Synod. Carthag. & Zonaram ad Concil p. 420. Ed. R. Niceph. Call. lib. 14. cap. 39. πρῶτον ὀφφίκιον.

ΟΨΙΚΙΟΝ. ΟΨΙΚΕΥΕΙΝ.) Obsequium, obsicium, comitatus, & principis satellitium. occurrit sæpe apud Theophan. Georgius Alexandrinus in vita B. Chrysostomi: ἠκολούθει δὲ αὐτῷ προερχομένῳ καὶ τάξις μεγάλη, οὐ μόνον εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ θέλοντες καὶ ἐπιθυμοῦντες ἀκροαταὶ γενέσθαι τῆς σοφίας αὐτοῦ. Vita S. Joannis eleemosioarii cap. 26. Et ecce quidam regius cubicularius habens secum & alios obsequii divini. θείου ὀψικίου. Anastasius Bibliothec. in Histor. Eccles. Sumptisque secum his, qui erant obsicii. Item: Maria uxor Leonis coronata est in Triclinio Augusta, & processit sola cum solemni obsequio. Ei præpositus comes obsequii dictus, κόμης

ὀφικίῳ apud Theophanem. Synodus Constantinopolitana 7. act. 1. κόμητος τοῦ Θεοφυλάκτου βασιλικοῦ ὀφικίου. Anastasius Bibliot. ita vertit: Comite Deo conservandi imperialis officii. Legendum, obsequii, vel potius, obsicii. utrumque usurpat. Idem Anastasius in Hist. Eccles. Bachurius, inquit, primus patricius & Comes obsequi interemptus est. sic ms. lege, obsequii. & in Collectaneis in Exilio S. Martini: Mittit Chartularium suum, & quosdam ex obsequio suo. Gregorius 2. in epist. ad Leonem Isaurum: Νεζόδξιος γὰρ ὁ τότε κόμης τῆς πομπῆς. Interpres: Comes obsequii: nisi ipse Gregorius est, qui Latine scripsit. τοῦ λεγομένου βασιλικοῦ ὀφικίου. Niceph. in Brev. Histor. Hinc ὀφικεύειν, obsequi, comitari, obsequium præstare. Theophanes: ὡς ὑπατικὸς ὀφικεύειν. Concil. Florentinum sess. 16. ἀπῆλθον δὲ πάντες ὀφικεύοντες τὸν πατριάρχην.

ΟΨΩΝΙΟΝ.) Obsonium, stipendium, diarium, salarium. Polybius ἐν τῇ τῶν ὀψωνίων ἀποδόσει. citatur in Ecloga περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας. ms. Gloss. Gr. Lat. ὀψώνιον, opsonium, diarium. B. Gregor. Nazianz. orat. 9. ἀρκεῖσθε τοῖς ἰδίοις ὀψωνίοις οἱ στρατιῶται, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ διατεταγμένον ἀπαιτεῖτε. ταῦτα ὑμῖν διακελεύεται μεθ' ἡμῶν Ιωάννης; ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κῆρυξ ὁ πρόδρομος τοῦ λόγου φωνή. τί λέγων ὀψώνιον; τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον δηλονότι, καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἐν ἀξιώματι δωρεάς. B. Chrysostomus hom. 23. in posterior. ad Corinthios: ὅταν γὰρ εἴπῃ ὀψώνια, τὴν ἀναγκαίαν λέγει τροφήν. Theophylactus in epist. Pauli ad Rom. cap. 6. ὀψώνιον λέγεται, τὸ τοῖς στρατιώταις παρὰ τοῦ βασιλέως διδόμενον σιτηρέσιον. Oecumen. in eand. epist. cap. 8. ὀψώνιον λέγεται, ἡ βασιλικὴ δωρεά. Nicetas Chon. Manuelis Comneni lib. 7. ὀψώνια τοῖς στρατευομένοις παρέχεσθαι. Basilica in l. 17. D. Mand. salarium interpretantur, ὀψώνιον. Vide lib. 13. tit. 1. cap. 18. §. 2. Hinc ὀψωνάτωρ, stipendiarius. Athenæus p. 171. Sed & ὀψώνιον accipitur pro militiæ tempore, ut Dosithei lib. 3. Gramm. sententia 1.

Π.

ΠΑΚΤΟΝ. ΠΑΚΤΟΥΝ.) Pactum, tributum. Constant. de administr. 1. μὴ δύνασθαι παρέχειν τὸν τοιοῦτον πάκτον. Theophanes: ὑποσχόμενος ἐξ ἰδίας τῷ βασιλεῖ παρέχειν πάκτα. Menologium Augusti die 17. τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος προθυμίαν δώσαντος αὐτοῖς πάκτα, αὐτοὶ καὶ φύλακας τῇ πόλει ἐγκαταστῆσαι ἀπῄτουν. Hinc πακτοῦν sæpissime apud Cedrenum, & Græcos Juris interpretes, quod est pacisci, pactare, quod barbarum est.

ΠΑΛΑΤΙΟΝ.) Palatium. Scholiastes Oppiani ἁλιευτ. 1. μέγαρον τὸ παλάτιον. Utuntur Diodor. Sic. p. 228. Arrianus Diss. Epict. lib. 4. cap. 1. S. Athanas. epist. ad solit. vitam agentes, & de vita S. Anton. B. Chrysost. in Liturgia, Macarius hom. 15. S. Basil. in inscriptione epist. 308. Gregor. Thaumaturgus ser. 3. in Annuntiat. S. Mariæ V. Cyrillus epist. ad clericos & Lamponem, exstat autem in 5. Synodi coll. 5. ἀνήρ τις τῶν ἐπισήμων στρατευομένων ἐν τῷ παλατίῳ. v. Eustat. in Dionys. p. 49.

ΠΑΠΑΣ. ΠΑΠΠΑΣ.) Papa, pater. Constantinus Manasses in Chron.

οὗτος ὁ Κώνστας ὁ σκαιὸς αἱρετικῇ Θλίβει
Μαρτῖνον τὸν ἐπίσκοπον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης,
Πάπαν αὐτὸν καλοῦσιν οἱ Ῥωμαίων γλῶσσα.

Eustathius ad Iliad. 5. πάπας τῇ Ῥωμαίων φωνῇ πατέρα σημαίνει. Occurrit passim in Conciliis Græcis, apud S. Basilium, & alios. adde & Constantinum de th. 2. 10. παπᾶς: Conc. Chalced. act. 1 ὁ Παπᾶς Εὐτυχὴς, qui alias ἀρχιμανδρίτης; ibidem.

ΠΑΠΠΙΑΣ.) Pater. Eustathius ad Iliad. 5. τοὺς λεγομένους μονοσυλλάβως καὶ βρέφους προσφώνησιν καθά φασιν οἱ παλαιοὶ, ὥσπερ καὶ μᾶ ἡ μήτηρ, καὶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν πάππας καὶ παππίας. Erat & nomen dignitatis in aula Constantinopolitana: Anastasius biblioth. in Histor. Ecclesi Media vero hebdomada jejuniorum tentus est Jacobus Protospatharius ac Papias. v. Meursium.

ΠΑΠΥΛΕΩΝ.) Papilio, tentorium, tabernaculum. Modestus de vocabulis rei militaris, Vegetius lib. 1. c. 3. Chron. Alexand. p. 626. ed. R. ὑπὸ τὸν παπυλεῶνα.

ΠΑΡΑΚΟΙΜΩΜΕΝΟΣ.) Accubitor, Paracœmomenus. Constant. Manass. παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης. Constant. de admin. 1. ὁ κυρ. Βασιλείου παρακοιμωμένου ὄντος. Luitprandus in legatione. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram secundum eorum traditionem sapientissimi viri Attico potentes eloquio Basilius parakœmomenos, protoasecretis, protovestiarius, & duo magistri. & postea: Basilius parakimomenos pro paracœmomenos. Anastas. Biblioth. in Hist. Eccl. voce magna ad paracœmomenum. Sic legitur in duobus mss. magna dignitas, παρακοιμώμενος, πρᾶγμα Ῥωμαίοις μέγα, Manasses. v. Meursium.

ΠΑΡΑΜΗΡΙΟΝ.) Pugio, sica. Cedrenus: τῷ παραμηρίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐξέ-

ριον. Auctor Miscellæ: pugione quo erat accinctus caput ejus amputavit. Glossæ Cyril. μάχαιρα τὸ παραμήριον, sica. utuntur Leo & Constantinus in Tact. Concilium Chalcedon. act. 11. γυμνώσας παραμήριον,

ΠΑΡΑΠΟΡΤΙΑ.) Portæ parvulæ, portellæ, quæ dictio passim exstat apud Anastas. Biblioth. Gloss. Cyr. παραπύλιον, portella. Leo Tact. c. 15. §. 4. εἰς τὰ παραπόρτια τῆς πόλεως. Theophan. ἐπὶ τὸ ἄνω τῆς καλλινίκης παραπορτίῳ.

ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ.) Dies veneris. Eustath. περὶ χρονικ. ζήτημ. c. 4. μεγάλη παρασκευὴ, apud Cedrenum, *le grand Vendredi.* quare dicatur παρασκευὴ docet Theodorus Metochites in Historia Romana pag. 33. & seq. Joan. Damasc. orat. in Sabb. 5. & Mich. Glycas.

ΠΑΡΑΦΟΣΣΑΤΕΥΕΙΝ.) Castra juxta locare.

ΠΑΡΟΙΚΙΑ.) Parœciæ Ephesinæ Episcopus. Cedrenus p. 196. b. parœciam vel parrochiam pro diœcesi poni pervulgatum est.

ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ. ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΟΝ.) Patriarcha. Hinc πατριαρχεῖον, domus patriarchæ. Sexta Synodus Constantinop. act. 4. Αναστασίου πρεσβυτέρου ϗ μοναχοῦ τ̃ ἀποκρισιαρίου τοῦ ἐνταῦθα ἁγιωτάτου πατριαρχείου. vet. int. venerabilis patriarchii. De Romano Pontifice & Patriarcha Constantinopolitano dico ad Collectionem constitutionum ecclesiasticarum, cujus auctor Balsamon, qui antea ignorabatur.

ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ.) Patricius. Patricii post Augustum primi. Joannes Tzetzes Chiliad. 1. hist. 34. Θεόφιλος ἀνθύπατος, πατρίκιος, καισάρ. Menologium Græc. in August. οὐ μόνον ἀγενοῦς γένους, ἀλλὰ ϗ πατρικίας ἐξουσίας ἔνδοξος. Pater imperatoris, vel imperii. Constantinus Manasses:

Πατέρα καὶ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας.

Priscus in Excerptis de Legat. τὸν δὲ Νόμον τὴν τῶ μαγίστρου τιμὴν ἄρξαντα, ϗ ἐν τοῖς πατρικίοις σὺν ἐκείνῳ καταλεγόμενον, οἱ δὴ τὰς ἀρχὰς ἀναβεβήκασι πάσας. v. Sozom. 8. 7. Niceph. Call. 13. cap. 1.

ΠΑΤΡΙΚΙΟΤΗΣ.) Patriciatus dignitas. Constantin. de administrando Imp. ϗ προεβιβάσθη παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν πατρικιότητα.

ΠΑΤΡΙΜΟΝΙΟΝ.) Patrimonium. Theophanes in Leone: τὰ δὲ λεγόμενα πατριμόνια τῶν ἁγίων ϗ κορυφαίων Ἀποστόλων τῶν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τιμωμένων ταῖς ἐκκλησίαις ἔκπαλαι τελούμενα χρυσία τάλαντα γ'ζ'. τῷ δημοσίῳ λόγῳ τελεῖσθαι προσέταξεν. v. ad Glossas Basilic.

ΠΙΝΑ.) Fames. v. Meurs. alii scribunt πεῖνα, ut auctor Lexici Græcobarbari.

ΠΙΝΑΚΙΟΝ.) Curopalates p. 666. b. v. Meurs.

ΠΙΝΣΟΣ.) Pila lapidea, tumulus manufactus. Theophanes in Justiniano: ἐτρύγησαν τοὺς πινσοὺς τοὺς βαστάζοντας τὸν τροῦλλον, καὶ διὰ τοῦτο ἀπεβάσταξαν. λοιπὸν συνειδὼν ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἤγειρεν ἄλλους πινσοὺς, ϗ ἐδέξαντο τὸν τροῦλλον. Codinus in Excerptis: ἐγένετο δὲ τὸ βῆμα τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὸν παῖδα εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πίνσου. Item: ἀφ' ὅτου ἐμμουσίωσαν ϗ ὀρθομαρμάρωσαν αὐτὸ, ϗ εἰς τοὺς πίνσους καὶ τὰς στοάς.

ΠΟΙΝΑΛΙΖΕΙΝ.) Pœna afficere. v. Meursium.

ΠΟΛΥΚΑΝΔΗΛΑ. ΚΑΝΔΗΛΑ. ΚΑΝΔΗΛΑΒΡΟΝ.) Polycandela, multas candelas ferentia. Anast. bibl. in Hist. Eccl. Sumptis autem mutuo venerabilium domorum pecuniis, aporia coarctatus, accepit etiam Ecclesiæ magnæ multas candelas ferentia, simul & alia vasa ministrantia. Theophanes in Heraclio: ἔλαβε ϗ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κάνδηλά τε ϗ ἕτερα σκεύη ὑπουργικά. Sic ms. puto autem legendum, πολυκάνδηλα. Nam κανδήλα Græcobarbaris est candela. Gregorius M. in dialogo quodam quem Græce vertit S. Zacharias Pontifex: ἐσπέρας δὲ γενομένης πάσας τὰς κανδήλας ἔσβεσε, & sæpe ibi occurrit. Eustath. ad Odyss. ι. Κεῖται δὲ παρ' αὐτῷ καὶ κανδήλας χρῆσις. οἷον, ἀσταρία κανδήλας τρίω, ἤγουν ἐξάπτουσι. Græci ad l. 44. D. de manum. test. lib. 48. Basil. tit. 3. ἐφ' ᾧ τι ἐν τῷ μνημείῳ μου μῆνα παρὰ μῆνα ἅπτειν αὐτοὺς κανδήλαν. v. Joann. Mochum Limonarii cap. 105. & κανδήλαβρον, pro candelabro in Basilicis lib. 15. tit. 4. cap. 6.

ΠΟΡΤΑ.) Porta. Leo in Tact. cap. 11. §. 19. εἰς τὰς πόρτας τοῦ φοσσάτου. Constant. de admin. Imp. ἤνοιξαν τὰς πόρτας ϗ ὑπεδέξαντο αὐτοὺς μετὰ πολυχαρείας. ἐκεῖνοι δὲ ἅμα τῷ εἰσελθεῖν τὰς τε πόρτας ἐκράτησαν. Chron. Alexandr. p. 900. ed. R. Zonar. ad Conc. p. 582. ed. R. Menologium Græcum m. Oct. ϗ θάπτονται ἐν τῇ Μελανδησίᾳ πόρτῃ. Theophanes in Justiniano: παραφύλαττε τὰς πόρτας πάσας τοῦ τείχους.

ΠΟΡΤΟΣ. Portus. Nicephorus Callisti lib. 13. cap. 35. μέγιστον δὲ ὁ πόρτος τῆς Ῥώμης τυγχάνει. &c.

ΠΡΑΙΔΕΥΕΙΝ. ΠΡΑΙΔΑ.) Prædari. Excerpta ex historia Joannis Malelæ:

Καὶ πολλοὶ χριστιανοὶ ἐφονεύθησαν ὑπὸ τῶν κατὰ πόλιν ὄχλων ὧν ἔτυχε καὶ ἐπραιδεύθησαν. Theoph. καὶ ἦλθε πραιδεύων ἕως τοῦ Βυζαντίου. Concil. Constantinop. sub Menna act. 5. ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἐπραίδευσαν. Leo Tact. cap. 17. §. 35. Constant. Tact. pa. 25. Hinc πραῖδα, præda. Joannes Moschus Limonarii cap. 155. τὴν πραῖδαν πεποίηκεν. S. Athanasius in epist. ad Affricanos. εἰς πραῖδαν δίδωσι τὴν ἐκκλησίαν. Sed scripti codices habent, πραίδαν. v. Glossarium Nomicum in ea dictione.

ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΣ.) Præpositus. Basilius in Grammatica: πραιπόσιτος, τὸ ἀξίωμα. Præpositorum appellatio latissima est. Ammianus Marcellinus meminit præpositi cubiculi, fabricæ, Martensium militum, monetæ, Tyrii textrini. de præposito cubiculi titulus est lib. 12. Cod. Philostorgius Hist. Eccles. lib. 11. n. 4. τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἀναβάς. Erat & præpositus cubiculariorum Theophanes: πραιπόσιτος τῶν κουβικουλαρίων. De præposito laborum titulus est l. 12. Cod. & præpositus palatii. Marcellinus in Chronico & Auctor incertus vitæ S. Athanasii: καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις πραιπόσιτον ὑποφθείρας. Joannes Malela: καὶ τὸν πραιπόσιτον τοῦ παλατίου αὐτοῦ Ροδανὸν ἄνδρα δυνατὸν ὄντα καὶ εὔπορον καὶ διοικοῦντα τὸ παλάτιον ὡς πραίπον ὄντα ἀρχιευνοῦχον καὶ ἐν μεγάλῃ τιμῇ ὄντα. quem πραιπόσιτον τῆς αὐλῆς vocat Simeon Metaphrastes m. Septemb. in Eudoxio, & Romulo. Præpositus thesaurorum. S. Basilius epistola 261. ἐγὼ καὶ δεῖ τοῦ βικαρίου τῆς Θρᾴκης ἐπέστειλα τῇ θεοσεβείᾳ σου, καὶ διά τινος πραιποσίτου κατὰ Φιλίππου πόλιν θησαυρῶν. Erant & præpositi militum, de quibus in l. 3. §. ult. & l. 6. §. ult. D. de re milit. Rufus in LL. militaribus: ἐάν τις στρατιωτῶν χεῖρας ἐπιβάλῃ τῷ ἰδίῳ πραιποσίτῳ, κεφαλικῶς τιμωρείσθω. Dicam plenius ad Julianum Antecessorem & Glossarium Nomicum.

ΠΡΑΙΤΩΡΙΟΝ.) Prætorium, pro auditorio judicum, vel ædibus Prætoris, Principum, vel eorum qui in aliqua potestate sunt civili aut militari: aut custodia seu loco, quo rei coercebantur. De auditorio Judicum passim observatum est. de ædibus Prætoris, Nicephorus in Breviario Historico: εἰς τὸ πραιτώριον ἄνεισιν. De Palatio Principis B. Chrysostomus in epistolam Pauli ad Philipp. cap. 1. hom. 2. ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ τίνας δὲ οὕτως ἐκάλουν τὰ βασίλεια. Theophylactus ibidem: τοῦ πραιτωρίου, τουτέστι, τῶν βασιλείων. exstat epigramma Silentiarii lib. 4. ἀνθολ. cap. 23. epigram. 10. εἰς τὸ μέγα πραιτώριον. Constantinus de them. 1. them. 14. in Samo insula: ὁ δὲ στρατηγὸς τοῦ θέματος αὐτὴν ἔλαχε Σμύρνην τὴν πόλιν πραιτώριον. De prætorio quo rei continentur, Menologium Græcum m. Apr. καὶ ὥσπερ τινὶ τῶν κακούργων παραδοθεὶς αὐτῷ κλοιὰ ἐν τῷ πραιτωρίῳ τούτων κατεῖρξεν. Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi: ὁ δὲ ἄρχων παραλαβὼν τοὺς ἀσκητὰς, ἐνέδυσεν αὐτοὺς ἱμάτια, καὶ ἀπήγαγεν εἰς τὸ πραιτώριον.

ΠΡΙΒΑΤΑΡΙΟΣ.) Quemadmodum, inquit vir eruditissimus in post. N. Imperator habuit privati ærarii præfectum, quem κόμητα πριβάτων appellabant, ut apud S. Basil. in inscript. epist. 415. & 423. Concilium Calced. act. 1. κόμης τῶν θείων πριβάτων, de quo etiam alibi dixi: ita & Ecclesia suos privatarios, seu gazophylacii præsides.

ΠΡΙΜΜΙΚΗΡΙΟΣ. ΠΡΙΜΙΚΗΡΙΟΣ.) Primicerius. primus cujuscumque ordinis, sive corporis & collegii, veluti Notariorum. Sexta Synod. Constantinop. act. 9. πριμικήριος τῶν θεοσεβεστάτων νοταρίων. Sic etiam scribitur in Concilio Florentino. Conc. Ephesini parte 2. Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμμικήριος νοταρίων εἶπεν. Niceph. Call. lib. 15. cap. 30. Usuardus in Martyrol. m. Majo. Quorum prior cum esset præpositus cubiculi Imp. Decii, alter primicerius. Erant & primicerii Ecclesiastici, veluti primicerius Scholæ cantorum. Benno Cardinalis de vita Hiltebrandi lib. 1. Primicerius sedis Apostolicæ. Joannes PP. epist. 7. ad universos Gallos & Germanos. Nicolaus PP. epist. ad Hincmarum Rhemensem. Alcuinus epist. 25. Capellæ primicerium. Anastasius in exilio S. Martini. Quia in absentia Pontificis archidiaconus, & archipresbyter & primicerius locum præsentant Pontificis. *Le Doyen.* De officio primicerii ecclesiastici vide Isidori junioris episcopi Hispalensis epistolam ad Leudefredum episcopum Cordubensem apud Loaysam in Notis ad Concilium Toletanum 8. Qui secundum locum gradumve obtinet, secundicerius. Anastasius: Cucurrere cum aliquantis ad prædictam portam, cum quibus & Demetrius Secundicerius. Concilium Constantinop. sub Menna act. 1. νοταρίων σεκουνδοκήριος, notariorum secundocerius. Menologium: ὁ δὲ Βάκχος σεκουνδικήριος. Vide lib. 12. Cod. tit. 7.

ΠΡΟΕΔΡΟΣ.) Præses, præsul, antistes. Erant autem πρόεδροι ecclesiastici vel palatini. de ecclesiasticis sexta Synodus Constantin. act. 12. τῆς Ἀλεξανδρείας πόλεως προέδρου. vetus interpres, antistitem, vertit. & act. 13. Σεργίου τοῦ γενομένου προέδρου. Sergii quondam præsulis. Petrus Siculus historiam suam nuncupat, τῷ προέδρῳ

ſive ἀρχιεπισκόπῳ Βουλγαρίας. Hinc προπρόεδρος. Joan. Curopalates pag. 656.

ΠΡΟΕΛΕΥΣΙΣ.) Proceſſio, pompa. Euſtathius ad Il. 1. ἰϛέον δὲ ὅτι πέμπειν παρὰ τοῖς μεθ' Ομηρον καὶ τὸ ϛέλλεσθαι θριαμβικῶς, ὅθεν καὶ πομπὴ ὁ θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἡ κοινὴ γλῶσσα καλεῖ. vide Meurſ.

ΠΡΟΚΕΝΣΟΣ.) Proceſſus. de proceſſu principis. Chronicum Alexaodrioum: ἐν προκένσῳ τῆ ἑβδόμῃ. Concil. Conſtantinop. ſub Menna act. 3. προκένσου ὄντος βασιλικοῦ. Marcellinus Comes in Chronico. Hoc tempore dum ad horrea publica Theodoſius proceſſum celebrat. Item: Anaſtaſio Cæſare in proceſſibus degente.

ΠΡΟΟΙΚΟΣ.) Major domus. Sic interpretatur Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Palatii præfectus, palatii princeps, ſubregulus. Urſious de rebus geſtis S. Leodegarii: ut omnes ſe gratulareotur Regem habere Childericum, & palatii præfectum Leodegarium. Idemque Ebroious a Theodorico Rege in priſtinum ſtatum reſtitutus, & major domus effectus cogitare cœpit de ulciſcendis inimicis, qui eum meminiſſeot habere ſubregulum, id eſt, majorem domus, vel palatii principem. v. P. Vvaroef. de geſt. Lang. 6. c. 16.

ΠΡΟΤΙΚΤΩΡ.) Protector. Protectores ſunt σωματοφύλακες, ſive milites electi ad cuſtodiam Principis. qui latus Priocipis protegunt. de his Procop. ἀνεκδ. p. 108. ed. R. Simeon Metaphraſtes m. oct. in Demetrio: Μινουκιανῦ προτίκτορος πρὸς τὴν σφαγὴν ὑπουργήσαντος. & Sept. iu Sophia: παραχρῆμα τοίνυν αὐτὸς ἀλογίϛῳ θυμῷ ἐπιτρέψας, ὡς ἡ τάξις προτίκτορας οἶδε καλεῖν, ἐπὶ τὴν ἀγαγεῖν ἐκείνας ἐκπέμπει. Paulinus Nolanus epiſt. 37. ad militem ſæculi. Deinde in hac militia ſoletis io votis habere hanc officii promotionem, ut protectores efficiamini.

ΠΡΩΤΑΣΗΚΡΗΤΗΣ. ΠΡΩΤΟΑΣΗΚΡΗΤΗΣ.) πρωτασηκρήτης, primus a ſecretis, protoſecreta. Nicetas Paphlago in vita Ignatii: Φώτιον πρωτοσπαθάριόν τε ὄντα καὶ πρωτασηκρήτην. Codious in Origin. Conſtantinop. καθὼς φησι Πλούταρχος πρωτοασηκρήτης. in ſcripto codice Viri perilluſtris Nicolai Fabricii τῦ μακαρίτου, πρωτασηκρήτης. Nicephor. Gregoras 8. θυγάτηρ Νεοκαισαρείτου τῦ πρωτασηκρήτου. πρωτοασηκρήτης, apud Theodorum Hermopolit. ad l. 41. de Reg. Jur. Collectanea Anaſtaſii in Hypomneſtico: Quin & Theodorus protoſecretarius prætorii præfecti Conſtantinopolitani ante hunc enarravit mihi.

ΠΡΩΤΟΒΕΣΤΙΑΡΙΟΣ.) Primus præfectus veſtiarii. βέϛιον aut βέϛης Græcis recentioribus eſt veſtis. Gloſſæ Baſil. mſ. βέϛια, τὰ ἱμάτια. Julius Pollux in Chronico hactenus inedito: ἀφορίσας οἶνον, κρέα, βέϛια. Hinc βεϛιαρίτης Cedreno, aut βεϛήτωρ. Theophanes io Reg. cod. ἀπώλεσαν οἱ βεϛήτορες τὸ ϛέμμα τῦ βασιλέως. προκαθήμενος τῦ βεϛιαρίου. Georgius Pachymerius. & βεϛιάριον pro veſtitu 10 l. 4. D. de aliment. & cibar. legat. veſtiarium in aliis Juris locis. Aſtrampſychus ἐν τῷ Πυθαγορ. λαξ. δηλοῖ ἀῤῥαβῶνα εἰς πραγματείαν πολλοῦ πράγματος βεϛιαρίου. Accipitur & veſtiarium pro loco in quo veſtes recooduntur. Interp. vetus Homiliarum in Matthæum quæ B. Chryſoſtomo adſcribuntur, vel certe interpres Joannis Hieroſolymitani in Mattb. cap. 23. verſ. 14. Sicut enim paterfamilias cellarium aut veſtiarium ſuum non babet expoſitum cunctis. Denique veſtiarius is eſt, ut exponit vetus Gloſſarium mſ. qui veſtibus præeſt. Eadem Papias. Idem interpres Homiliarum Joannis Hieroſolymitani: Si tu veſtiarium tuum ſtudioſum, & clavicularium cellarii tui fidelem tibi requiris. Michael Cerularius in epiſtola ad Petrum Antiochenum epiſcopum: Quæ ab Imperatore veſtiarius accepta referebat. Græce ſcripſerat, ὁ βεϛιάριος. Petrus diacoous Chronici Caſſineoſ. lib. 4. cap. 21. Paodulphus veſtiarius exurgens dixit. Imperialis veſtiarius apud Guilielmum Tyrium de bello ſacro 2. Idem veſterarius cap. 8. Conc. Pontigon. & io epiſt. quadam Joan. 8. Itaque primus præfectus veſtiarii, ut jam dictum eſt, πρωτοβεϛιάριος dicebatur. Anna Comnena Alexiados 3. πρωτοσέβαστός τε καὶ πρωτοβεϛιάριος. & apud Cedrenum. Conſtantinus Porphyrog. de Themat. lib. 1. 12. Θεοδόσιος ὁ πρωτοβεϛιάριος τῦ μακαρίου μου πατρός. Joan. Cantacuz. lib. 1. cap. 43. Laonicus Chalcond. lib. 9. qui & πρωτοβεϛιαρίτης. Georgius Logotheta in Chrooico Conſtantinop. τὸν δὲ Αγγελον Ιωάννην πρωτοστράτορα, πρωτοβεϛιαρίτην δὲ τὸν Καρυανίτην. Nicephorus Gregoras lib. 6. Λιβαδάριον τὸν πρωτοβεϛιαρίτην.

ΠΡΩΤΟΜΑΝΔΑΤΩΡ.) Primus maodatorum. Μανδάτωρ, mandator, officii genus. Synodus Nicæoa 2. ὁ λαμπρὸς βασιλικὸς μανδάτωρ εἰσελθὼν ἔφη. Conſtant. Porphyr. in Tact. μανδάτορας ἀγρύπνους καὶ γοργούς. Theophanes in Juſtiniano: μανδάτωρ τίς ἐϛιν οὐκ οἶδα. Qui ſint maodatores, explicant Gloſſæ Nomicæ: μανδάτορες οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς ϛρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες. de quibus ibi dicam.

ΠΡΩΤΟΝΟΤΑΡΙΟΣ.) Primus notariorum, ſeu primicerius ootariorum,

Concilium Chalcedon. act. 1. Ιωάννης πρεσβύτερος ἢ πρῶτος τῆς νοταρίων εἶπε. vet. interp. Joannes presbyter & primicerius notariorum dixit. v. ſupra in πριμμικήριος. Hadrianus Pp. epiſt. ad Carolum Magnum. Radonem dilectiſſimum protonotarium veſtrum. πρώτιστος τῆς βασιλικῶν γραμματείων, primus notariorum principis. Niceph. Brev. Hiſt. v. P. Vvarnefr. de geſt. Langob. 4. 34.

ΠΡΩΤΟΠΑΠΑΣ.) Primus papa, primus poſt patriarcham ſacerdos. Balſamon ad canonem Apoſtolorum 59. τυχὸν χωρεπίσκοπον προβληθέντα ἢ πρωτοπάπαν. & ad can. 8. Synodi Antioch. τοὺς ἐν ταῖς χώραις πρεσβυτέρους ἤτοι τοὺς πρωτοπαπάδας. & ad can. 10. πρεσβυτέρους ἢ πρωτοπαπάδας ἢ χωρεπισκόπους. Vide Meurſium.

ΠΡΩΤΟΣΠΑΘΑΡΙΟΣ.) Primus ſpathariorum, qui Principis ſpatham geſtabat. Inter epiſtolas Photii exſtat inſcripta, Θεοφίλῳ πρωτοσπαθαρίῳ. dicam ad Gloſſas Baſilicorum.

ΠΡΩΤΟΣΤΡΑΤΩΡ.) Primus Imperialium ſtratorum, Anaſtaſio in Hiſt. Eccleſ. Nicephor. Gregoras 7. ὃς καὶ τὴν πρωτοστρατορικὴν παρὰ βασιλέως ὕστερον παρειληφὼς ἦν βακτηρίαν. Theophanes: εἰσῆλθε Ρουφῖνος ὁ πρωτοστράτωρ τοῦ ὀψικίου. v. infra in στράτωρ.

P.

PAIKTΩP.) Rector. genus dignitatis. v. Meurſium. Menologium Græcum Aug. 31. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ νυκτὶ ἐμφανεῖσα τῷ ῥαίκτορι καὶ κουβικουλαρίῳ τινὶ τοῦ ῥαίκτορος. v. Not. poſteriores. Meminit rectoris loci P. Vvalaf. de geſt. L. 6. 24.

PEΓEΩN.) Regio. Euſtathius ad Odyſſ. β. κατὰ τοὺς παρὰ πολλοῖς ῥεγεῶνας, ἢ τὰς κρητικὰς τόρμας, ἢ καὶ κατὰ τοὺς ἀττικοὺς δήμους. Concil. Chalcedonenſe act. 13. καὶ ἡ πρότερον οὖσα ῥεγεὼν πάλιν μετὰ ταῦτα ἐγένετο πόλις. Gregorius M. in dialogo quodam quem Græce vertit Zacharias pontifex: τῇ τῶν Ῥωμαίων πόλει ἐν τῷ ῥεγεῶνι τῇ ἐπιλεγομένῃ σουβούρα.

PHΞ. PHΓAΣ.) Rex. Synodus Oecum. 8. act. 3. καὶ πρὸς τὸν ῥῆγα λανθανόντως ἐκπέμψαντα. Nicetas Paphlago in vita Ignatii patriarchæ Conſtantinop. δώροις γὰρ λαμπροῖς ὅτι μάλιστα τὸν ῥῆγα Φραγγίας Λοδόηχον καὶ Ιγγιβέργαν δὲ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ὑποποιήμενος. Gregorius M. in dialogo quem Græce vertit Zachar. pontif. Ερμηγίλδος ὁ ῥὴξ υἱὸς ὑπάρχων Λουβιλγίδου τοῦ ῥηγὸς τοῦ τῶν Ουισιγόνθων ἔθνους. Joannes Cantacuzenus lib. 4. Κάρολος ῥὴξ. utitur & Theophanes. Conſtantinus 2. de Them. c. 11. Codinus in παρεκβολαῖς. Dixerunt & ῥηγάς. Synodus Florentina: καὶ οἱ μεγάλοι αὐθέντες, καὶ ῥηγάδες, καὶ δουκάδες.

POΓA, POΓEYEIN. POΓATOPEΣ.) Roga, ſtipendium, donativum, quod militibus vel populo, vel clero ab Imperatore vel Romano pontifice, vel Patriarcha Conſtantinop. erogabatur. Anna Comnena Alexiados lib. 3. Καὶ δωρεαῖς ἀπειπτων, καὶ αὐξήσεσι ῥογῶν, καὶ προθήκαις δόσεων. Julius Pollux in Chronico: ῥόγας δὲ χρημάτων τῷ στρατῷ ἐξενέμων. Georgius Alexandrinus in vita S. Chryſoſtomi: ἐπίσταται ἡ σὴ εὔκλεια ὡς πολλὰ ἀναλώματα ποιεῖ ἡ βασίλεια εἴς τε τὰς ῥόγας τῶν στρατιωτῶν. Conſt. de admin. Imp. p. 137. 140. & Tact. p. 16. Anaſtaſ. Bibliot. in Hiſt. Eccl. Exercitum roga privatum deſeruit. Idem de vit. Pont. in Deuſdedit. Data roga militibus pax facta eſt. & in Hiſt. Eccl. Dum roga penes Stromonem amnem populo diſtribueretur. Idem Anaſt. de vitis PP. Hinc vero rogam, ſtipendium ſcilicet, clero ſuo in presbyterio maxime ampliavit. & in Bonifacio 5. Hic clerum amavit, rogam integram clero ſuo dedit. Scholiaſtes Synopſ. Baſilic. τὸ μὲν τῶν πεκουλίων λέγεται καστρένσια ἤτοι ἰδιόκτητα. ταῦτα δέ ἐστιν ὅσα ἀπὸ ῥόγας κληρικῷ τινί, ἢ χαρτουλαρίῳ ὑπάρχοντι δίδοται. Hinc ῥογεύειν, quod eſt erogare, Novel. 130. cap. 1. Theoph. ῥογεύσας χρήματα. & ῥογάτορες, erogatores Synopſ. Baſ. 57. tit. 4. rogatarii. Pipias: rogatarius, petitor, diſtributor. quod ſi verum eſt, rogatarius eſt tam qui rogat, quam qui erogat. vel erogatarii. Synodus Pontigonenſis c. 14. Erogatarii & eleemoſynarii eccleſiaſtici. Græci hodie quoque iiſdem verbis utuntur: & Lexicon Græcolat. ῥόγα, ſtipendium, ſalarium. ῥογευμένος, ſtipendiarius. ῥογεύω, mercedem pendo.

POYΣΣION.). Ruſſeum. vox exitat apud Græcum Scholiaſtem Oppiani p. 18.

PΩMANIA.) Imperium Romanum, ſeu Conſtantinopolitanum. Epiphanius lib. 2. Panarii, & hæreſi 66. Theophanes in Heraclio: πάσης ῥωμανίας αἰχμαλωσία. μεγάλη ῥωμανία, Aſtrampſychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτ.

Σ.

ΣAKEΛΛAPIOΣ.) Sacellarius. pecuniarum cuſtos. ærario præpoſitus. Scholiaſtes ad Gregorii Nazianzeni Steliteut. 1. σακέλλιον ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν φυλακὴν τῶν χρημάτων σημαίνουσα· ὅθεν καὶ σακελλάριον καλοῦσι τὸν ταμίαν καὶ φύλακα τῶν χρημάτων. Nicephorus Patriarcha in Hiſt. Conſt. τὸν τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίαν. Sacellarium

fortasse non male vertes. a sacello, seu sacculo. est autem sacellus aut sacculus, marsupium ac crumena. Petronius: unde lenatores viverent, nisi aut locellos, aut sonantes ære sacellos pro hamis in turmam mitterent. Paulus in collat. LL. Mos. & Rom. t. 10. si sacellum vel argentum deposuero. at 2. sent. t. 12. edidere, si sacculum, & in l. 29. Dep. Glossar. ms. saccus & sacculus, marsupium, fiscus. Glossæ Cyrilli, βαλλάντιον, sacculus, sacculum. Excerpta ex veteribus Glossis tit. de vestim. sacellum, μαρσίππιον. Glossæ Juris: μάρσιππος, σάκκος, θυλάκιον, βαλλάντιον. Græcus interpres legis 3. §. si plus D. de statu lib. εἶπε ἐν σακκέλῳ ἅμα τὰ εἴκοσι νομίσματα δίδωκε. Erat autem vel ecclesiasticus vel Imperialis. Niceph. Call. 18. 44. Nicephorus Patriarcha in Chronogr. Θωμᾶς διάκονος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας καὶ σακελλάριος. quæ totidem verbis exstant apud Theophanem in Phoca. Nicetas Paphlago in vita Ignatii: παῖς γὰρ τῦ Λυδῦ σακελλαρίυ σιωπῇ τὸ πρᾶγμα παραπέμψομεν; Sexta Synodus Constantinop. act. 12. βασιλικὸς σακελλάριος. Imperialis sacellarius. Inscriptio epist. 50. Photii: Ιωάννῃ πατρικίῳ καὶ σακελλαρίῳ καὶ τῷ ἀγγαρείῳ. Concil. Romanum act. 1. Theophanes notarius reginnarius & sacellarius relegit. Anastasius in collatione S. Maximi: Qui fuerat sacellarius Petri quondam prætoris Numidiæ. Josephus ἀρχ. 12. 2. τοῖς βασιλικοῖς τραπεζίταις. Rufinus vertit, Regiis sacellariis. Idemque dicebatur, ὁ ἐπὶ τῆς σακέλλης, apud Theodorum Hermopol. ad l. 99. D. de verbor. sign.

ΣΑΚΡΑ.) Imperatoris epistola. Constantinus Pogonatus in epistola præfixa 6. Syn. Constantinop. Ιουστῖνος δὲ σάκρας πανταχοῦ πέμψας. Septima act. 1. οἱ δεσπόται ἡμῶν οἱ ἀγαθοὶ τιμίαν σάκραν καὶ προσκυνουμένην ἐκέλευσαν ἀποστεῖλαι. Anastasius vertit, sacram. Menolog. Augusti d. 2. διὰ γραμμάτων τῷ πατρὶ σημάνασα καὶ σάκραν βασιλικὴν δεξαμένη. Theophanes: καταλαβόντων τῶν σάκραν τῆς δεσποίνης Βηρίνης. Menander de Legat. πέρας τι δεξαμένων τῶν συνθηκῶν, ἀντιδόθησαν αἱ λεγόμεναι σάκραι. vide eundem pag. 114. Nicephorus Callisti lib. 14. c. 33. Chronicon Alexandr. πέμψας θείας σάκρας. Veget. lib. 2. cap. 7. Tribunus major per epistolam sacram Imperatoris judicio destinatur. vox tamen, sacram, deest in ms. cod. ut & apud Modest. de vocab. rei milit. Ego mallem sacram retinere, & epistolam ejicere. S. Augustinus lib. ad Donatist. post Collat. c. 31. Illi multorum Imperatorum sacras: nos sola portavimus Evangelia. Breviculus historiæ Eutychianistarum: Contra Joannem Episcopum sacra principis deferente, ab episcopatus illius confirmatione Papa suspensus est.

ΣΑΞΙΜΟΔΕΞΙΜΟΝ.) vide Meursium.

ΣΕΙΡΟΜΑΣΤΗΣ.) Lancea, telum, framea, pugio. v. Meursium. aliter exponit Moschop. 1. περὶ σχ. σειρά, ἡ ἅλυσις, ἀφ' ἧς σειρομάστης.

ΣΕΚΡΕΤΟΝ. ΣΕΚΡΕΤΑΡΙΟΝ.) Secretum, secretarium: nam promiscue usurparunt tam Græci, quam Latini, ut Marcellini lib. 15. judiciale secretum, id est, secretarium. Theophylactus Simocatta Historiæ Mauricianæ 8. 8. μεθίσταται τοῦ παρὰ ῥωμαίοις λεγομένου σεκρέτου. Basilica lib. 60. tit. 33. c. 29. εἰσέρχονται εἰς τὸ σέκρετον. Glossæ ibidem: εἰς τὸ δικαστηρίου σεκρετάριον. v. Concilium Constantinop. sub Menna, act. 1. & 5. Erat autem secretum seu secretarium, locus in quo causæ reorum expendebantur. Passio S. Cypriani: In secretario Paternus procos. Cypriano Episcopo dixit. Judicii formam eleganter describit Joannes Hierosolymitanus in Matthæum cap. 25. vers. 31. Criminosas personas judex auditurus in publico, tribunal suum collocat in excelso: circa se constituit vexilla regalia: ante conspectum suum ponit super mensam calliculam, unde tribus digitis mortem hominum scribat, aut vitam: hinc inde officiales ordinate consistunt: in medio secretario ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non solum pati, sed & videre tormentum est. Stant juxta parati tortores, crudeliores aspectu, quam manibus. Tota judicii facies cujusdam schematis terrore vestitur: & cum ad medium productæ fuerint criminosæ personæ, ante interrogationem judicis, ipsius judicii terribili discutiuntur aspectu. Lego & secretarium Senatus. vetus inscriptio: SECRETARIUM. AMPLISSIMI. SENATUS. in quo asservabantur acta Senatus. & Secretarium Prætorii in postulatione quadam apud B. Augustinum lib. 3. contra Cresconium grammaticum cap. 56. & apud Severum Sulpitium de vita S. Martini dialogo 2. Theophanes in Phoca: ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ ἔκαυσαν τὸ σέκρετον, καὶ τὰς φυλακάς. sive Secretarium Prætorianum, Cassiodor. 11. 36. Secretarium Palatii. Sexta Synodus Constantinopolitana act. 1. ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου, τῷ οὕτω λεγομένῳ Τρούλλῳ. In secretario sacri palatii quod cognominatur Trullus. & act. 7. τοῦ Τρούλλου σέκρετον, secretarium Trulli. Secretarium principis. S. Maximus in disputatione cum Pyrrho: ἐν τῷ βασιλικῷ σεκρέτῳ. Balsamon ad can. 34. Syn. 6. in Trullo. Meursius observat

observat varia fuisse secreta ex constitutione quadam Alexii Comneni, & Cedreno: rerum privatarum nempe, & publicarum, quem vide, nam aliorum scripta exscribere soleos non sum. Erant & secretaria in Ecclesiis. Synodus Carthag. c. 36. εἰς τὸ σύκρητον τῆς ἐκκλησίας Ρεστιτούτης. Item: εἰς τὸ σύκρητον τῆς ἐκκλησίας Παύλης. Georgius Alexandr. in vita B. Chrysost. οὐ μόνον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐξηγούμενος τοῖς ὄχλοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ σεκρέτῳ, καὶ ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ καθήμενος. Concilium Romanum act. 1. Quid ergo denuo secretaria nostra ingredi postulasti? Concilium Cæsaraugustanum: Cæsaraugustæ in secretario residentibus Episcopis. In secretario scilicet Episcopii. Concilium Chalcedonense act. 1. ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ ἐπισκοπείου· in secretario Episcopii. Habebant & Patriarchæ secretaria, quæ item duo: magnum scilicet & minus. Synodus Nicæna 2. act. 1. Πέτρος ὁ εὐλαβέστατος ἀναγνώστης καὶ νοτάριος τοῦ ἁγίου Πατριαρχικοῦ σεκρέτου ἔχων ἐπὶ χεῖρας ἀνέγνω. Anastasius Bibliothecarius in Hist. Eccles. Iconas ex musio factas, quæ Patriarchii secreti minoris erant erasit, & imagines magni secreti, quæ sculptæ ex ligno erant, deposuit. In eis asservabantur vasa sacra & libri Ecclesiastici, jura Episcopalia & Patriarchalia, & decreta Synodalia: sicut in aliis secretariis vel Principum instrumenta tam privata, quam publica, & Principales constitutiones, & aureæ bullæ. Concilium Bracarense 2. c. 41. Non liceat quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario tangere vasa dominica. Paulinus epist. 12. ad Severum. In secretariis vero duobus quæ supra dixi supra absidem esse, hi versus indicant officia singulorum. a dextra absidis.

Hic locus est veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma sacri pompa ministerii.

a sinistra ejusdem.

Si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit residens sacris intendere libris.

Invenio & secretarium pro actione sive sessione. Sexta Synodus Constantinop. p. 192. d. futurum secretarium. Concilii Romani d. act. 1. in fine. venturum secretarium. & act. 2. præteritum secretarium. Secretaria autem inde dicta, quod secreto & interius negotia ibi tractarentur. Huc alludit B. Augustinus tractatu 23. in Joannem: Quasi in thesauro, quasi in secretario quodam & penetrali interiore. vide Balsamonem ad can. 9. & 12. Syn. 7. & ad can. 34. Syn. 6. in Trullo. Zonaram ad CC. p. 486. 561. in fine, & 629. c. 714. d. ed. R. Nicephorum Callisti lib. 6. cap. 30. & tomo 2. p. 531. v. P. Pith. adv. 2. c. 12. Juret. tom. 3. Bibl. Patrum Græcolat. pag. 905. Vales. ad Ammianum pag. 87.

ΣΕΚΡΕΤΑΡΙΟΣ.) Curopalates p. 656. d. Secretarius, a secretis. Nicephorus Callisti lib. 15. cap. ult. Κωνσταντῖνος σεκρετάριος. Concil. Chalcedon act. 1. σεκρετάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου: secretarius sacri consistorii. v. Cujac. ad tit. Cod. de primicerio.

ΣΕΛΛΑ. ΣΕΛΛΙΟΝ.) Sella. Constantinus in Tacticis: ἐχέτωσαν δὲ καὶ αἱ σέλλαι ἐπισέλλια δασέα. Eustath. ad Il. 7. παρὰ μέντοι τοῖς ὕστερον καὶ ἐπὶ κοινότερον λεγομένης σέλλας ἡ λέξις (δίφρος) κεῖμαι εὕρηται. & ad Od. ά. ἀστράβη, ὃ σημαίνει σέλλαν καὶ σαγμάριον. Glossæ Cyrilli, σέλλα, sella. Svid. in ἀφ᾽ ἑδρῶν. ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι. hinc σελλάριος. Idem: κέλης ὁ μόνος ἵππος, καὶ ὁ ἐπὶ τούτῳ φερόμενος ὁ σελλάριος, eques. Eustath. Ιλ. ό. τὸ δὲ κελητίζειν, ἀπὸ τοῦ κέλητος παρῆκται, ὃ δηλοῖ τὸν ἄζευκτον ἵππον, καὶ κατά τινας τὸν μονάμπυκα, ὅς νῦν φασι σελλάριος λέγεται. Dixerunt & σελλίον. Eustathius Ιλ. β΄. σέλμα γὰρ ἡ καθέδρα, ἐξ οὗ καὶ τὸ σελλίον ἴσως λέγεσθαι. Scholiastes Aristophanis in Concion. ἢ τὸ σελλίον, ἢ τὸ καθιστήριον βαστάζοντα. Varinus: ὀκλαδίας, σελλίον. & σελλάριον, Achmes Ὀνειροκρ. c. 14. & 262.

ΣΕΝΑΤΟΝ. ΣΕΝΑΤΩΡ.) Senatus. Codinus in παρεμβολαῖς· ἀντικρὺ τοῦ σενάτου. Hesychius Milesius in Constantinopoli: ἐπὶ δὲ τούτοις ἐ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀνῳκοδόμησεν οἴκους, σενάτον τούτους ὀνομάσας. & σενάτωρ. Priscus in Eclogis de Legat. σενάτορα πρεσβεύεσθαι. Pæanius Eutropii Metaphrastes: σενάτορας αὐτοὺς καλέσας κατὰ τὴν Ἰταλῶν φωνήν· ἐπειδὴ σένες ἐκεῖνοι καλοῦσι τοὺς γέροντας.

Isaaco annos nato XXXVII Sara moritur, anno ætatis suæ CXXVII: ac sepulta est Hebrone (nunc Eleutheropoli nomen est) in spelunca, quam Abrahamus ab Ephrone Chettæo quadringentis denariis emerat attestantibus Cheti filiis, unde & scriptas contractuum formulas Græci se fateotur accepisse. Isaacus annum agens quadragesimum, Rebeccam duxit, filiam Bathuelis: qui Nachoris ultimus fuit, & octavus filius. Nachor enim Abrahami frater, ea Melcha uxore octo filios sustulit: interque hos postremo loco Bathuelem, patrem Rebeccæ & Labani, ejus qui deinde socer Jacobi fuit. nam Jacobus per totos viginti annos gregesejus pavit. Cæterum Rebecca cum esset sterilis, post viginti demum annos uno partu duos edidit filios, Jacobum & Esaum, Isaaco tum sexagenario: anno mundi CIↃ CIↃ CIↃ CCCCLXXII. Saræ mors. Isaaci nuptiæ.

27 Rebecca parato edulio, Jacobo id dedit, eumque una cum aliis donis Isaaci opera ad Abrahamum intromisit, anno ætatis suæ decimo quinto. quem in gremio suo Abrahamus tenens, multipliciter faustis comprecationibus beavit, somnoque solutus vitam finiit.

28 Jacobo anno nato XLV Esaus eodem natu duas duxit uxores, Juditham Beeris Chettæi, & Matemartham Elonis Ebæi filias. Jacobus anno ætatis suæ LXIII nondum mulieris notitiam habuit: sicuti matri suæ Rebeccæ ipse retulit. Idem anno natus LXXIII anno mundi secundum accuratam supputationem CIↃ CIↃ CIↃ IↃ XLV. Jacobus fratrem clam fugiens, servitio septennali Leam uxorem meruit: rursusque septennium servitute functus, Rachelem. Ea Lea Rubenum, Simeonem, Levim, Judam, Issacharem, Zabulonemque filios, & filiam Dinam sustulit. ea Rachele Josephum. ex ancilla Bala Danum, ac Nephthalimum: ex Delpha Gadum, atque Asserem. A Labano autem profugit, cum apud eum viginti annos fuisse, trimulo tum Josepho: transmissoque Jordane, a Deo felix esse jubetur, atque Israeli nomen ab eodem accipit. Proinde recordatus visionis quam suo in Mesopotamiam adventu viderat, Bethelam adscendit, ubi per quietem visio ista ei apparuerat. Ibi cum omnia sua bona decimasset, ad extremum filiorum quoque instituta sortitione, Levim annum ætatis decimum octavum agentem Deo consecravit, ac eum sacerdotem constituit. Erat is decimus ab ultimo, secundum astrologiæ * Rubenus enim, ob vitiatam patris pellicem, quantumvis primo omnium natus esset, & regno & sacerdotio spoliatus fuit. Cum Jacobus prope Sichemam in urbem Salemam venisset, Sichemus Dinæ per vim stuprum intulit, quam ulti sunt Simeon & Levis, internecione occisis cum Sichemo civibus. Rachel porro alium Jacobo filium peperit, Beniaminum nomine: ac mortua, apud Eufrata sepelitur, ubi nunc est Bethlehema. Etenim versus Hierosolyma a Bethlehema qua equi decurrunt, supra terram extat cippus Rachelis. Et quoniam Levis genus ad Aa- Jacobi proles. *pag. 34.* 29 Dina. Rachelæ tumulus.

ronem atque Mosen usque pertinet, quorum alter sacerdos, alter ductor populi fuit: consentaneum fuit, eorum genus ab Jacobo repeti. Jam Rebecca a Josepho in opere de antiquitate Judaica perhibetur a marito hoc contendisse, ut in unum conductos Esaum & Jacobum, in gratiam mutuam reponeret. Fecisse hoc Isaacum, & utrumque interpositæ adhortatione ac jurisjurandi religione ad pacem
30 redegisse, monitos ut fraternæ necessitudinis haberent rationem: simul Esauo prædixisse, fore ut si adversus Jacobum insurgeret, in ejus manus incideret.

Esaus a Jacobo interficitur.

Isaaco mortuo, Esaui filii patrem adversus Jacobum, ejusque prolem excitarunt: ita ut adscitis nationum auxiliis armatus, Jacobo bellum fecerit. At Jacobus urbis portis clausis, Esauum monere, uti parentis præceptorum atque consilii memoriam recoleret. Esauo non modo dicta fratris aspernante, sed ferocius etiam quam antea sese agitante, Judæ suasu Jacobus arcum tetendit, Esauumque juxta dextram mammillam ictum stravit. eo cadente, Jacobi filii portis effusi, eos qui ab Esauo stabant fere universos deleverunt. Mortem Rebeccæ paullo post subsecuta est mors Isaacci, cum uterque prærogativa primo nati filii Jacobum dignatus esset.

Isaacus centenarius fuit, quo tempore Jacobus Esauo debitam felicitatis imprecationem suffuratus fuit.

Ægyptii tradunt, Abrahami & Isaaci ætate homines fuisse multicorpores: qui a Græcis Gigantes, iidemque anguipedes nominantur. Tunc etiam Curetas fuisse
31 ajunt, alii autem Idæorum posteros qui dicuntur apud Græcos fuisse: & Hercules unus Idæorum dactylorum. Chaldæi a Semo genus trahunt, e quibus fuit Abrahamus prognatus.

Josephi historia.

Josephus anno suæ ætatis XVII a fratribus post quintum a Rachelis obitu annum, venditus est aureis octo. Agente annum ætatis centesimum vigesimum Jacobo, Josephus annos natus triginta, Ægypto præfectus fuit. Eodemque anno avus ejus, cum annos CLXXX vixisset, mortuus est, atque a filiis suis Jacobo & Esauo sepultus. Anno vitæ Josephi trigesimo octavo fames cœpit. nam, ut Josephus testatur, totis septem annis ejus penuriæ, Nilus non exundaverat. Biennio post, Jacobus in Ægyptum demigravit, cum LXXV animabus annos habens CXXX. Josepho XL agente annum. Moritur Jacobus anno vitæ suæ CXLVII ac in Hebrone a Josepho sepelitur. (Gesæma, Arabia est Ægypto finitima.) Nam Josephus annis post Jacobi in Ægyptum migrationem LXX mortuus est, cum centum annos & decem vixisset.

Edit. Paris. pag. 35.

A morte Josephi servitutem Ægyptiis Ebræi servierunt, per annos CXLIV. Ergo totum tempus, quod in Ægypto Ebræi egerunt, annorum fuit CCXV. Quod ad privilegia (ut sic loquar) primogenituræ, in locum Rubeni proles Josephi ob parentis pudicitiam successit: quod Rubenus cum patris pellice coivisset, Josephus autem in Ægyptiæ mulieris libidinem nequaquam consensisset. Quamvis etiam fratres numero decem ac tres fuerunt: tamen terra inter duodecim divisa est, eo quod a cæteris omnibus Levis decimas acciperet.

Adolescentulus etiamnum Josephus, oves patris pascebat: cumque eum pater reliquis impensius diligeret, fratres invidia

A δρομον, ἡ λάρναξ ἐστὶ τῆς Ραχὴλ, ὑπερκειμένη τῆς γῆς. καὶ ἐπειδὴ τὸ ἐκ Λευὶ γένος ἐπὶ Ἀαρὼν καταστρέχει, καὶ Μωυσῆν, ὧν ὁ μὲν ἱερατεύει, ὁ δὲ στρατηγεῖ τοῦ λαοῦ, εἰκότως ἐξ αὐτῶν λαμβάνεται ἡ ἐκ τοῦ Ἰακὼβ γενεαλογία. Ῥεβέκκα δὲ, ὥς φησιν Ἰώσηπος ἐν τῇ ἀρχαιολογίᾳ, ἠξίωσε τὸν Ἰσαὰκ ἀγαγεῖν Ἡσαῦ καὶ Ἰακὼβ, καὶ διαλλάξαι αὐτούς. ὁ δὲ καὶ ποιήσας, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς ἅμα, καὶ ἐνορκώσας εἰρήνην ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς πνευματικῆς οἰκειότητος ἀσπάζεσθαι τὴν διάθεσιν, προεῖπε τοῦ Ἡσαῦ, ὅτι ἐὰν ἐπαναστῇ τοῦ Ἰακὼβ, ἐμπεσῇ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

Μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰσαὰκ, οἱ υἱοὶ Ἡσαῦ παρώξυναν τὸν πατέρα αὐτῶν κατὰ Ἰακὼβ καὶ τῶν υἱῶν
B αὐτοῦ. καὶ καθοπλισθεὶς μετὰ ἐθνῶν, ἦλθε πρὸς πόλεμον. Ἰακὼβ δὲ ἀποκλείσας τῆς πόλεως τὰς πύλας, παρεκάλει τὸν Ἡσαῦ, μνησθῆναι τῶν προγονικῶν ἐντολῶν καὶ παραινέσεων. τοῦ δὲ μὴ ἀνεχομένου, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὑβρίζοντος, τοῦ Ἰούδα παρακαλέσαντος ἐνέτεινε τὸ τόξον Ἰακὼβ, καὶ πλήξας κατὰ τοῦ δεξιοῦ μαζοῦ τὸν Ἡσαῦ, κατέβαλε· καὶ τούτου τελευτήσαντος, ἐξῆλθον τῆς πόλεως οἱ υἱοὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντας σχεδὸν ἀνεῖλον. τελευτᾷ δὲ πρότερον μὲν ἡ Ῥεβέκκα, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ Ἰσαὰκ, τοῦ Ἰακὼβ τῆς πρωτοτοκίας καταλιπόντος τὰ γέρα.

Ὅτι ὁ Ἰσαὰκ ἑκατὸν ἐτῶν ἦν, ὅτε τὰς εὐλογίας τοῦ Ἡσαῦ Ἰακὼβ ἔκλεψεν.

C Ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ πολυσωμάτους ἀνθρώπους Αἰγύπτιοι ἱστοροῦσι γενέσθαι, τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων Γίγαντας ὀνομαζομένους, τοὺς καὶ δρακοντόποδας· τότε δὲ καὶ τοὺς Κουρῆτας λέγουσι γενέσθαι. οἱ δὲ ἀπογόνους τῶν * Ἰνδαίων, οἳ ἐλέγοντο παρ' Ἕλλησιν εἶναι· καὶ Ἡρακλῆς, εἷς τῶν * Ἰνδαίων δακτύλων· ὅτι οἱ Χαλδαῖοι ἀπὸ τοῦ Σὴμ κατάγονται, ἐξ ὧν ὁ Ἀβραάμ.

* Ἰδαίων
* Ἰδαίων

Ὅτι δεκαεπτὰ ἐτῶν ὁ Ἰωσὴφ, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπράθη, μετὰ πέμπτον ἔτος τῆς τελευτῆς Ῥαχὴλ, χρυσῶν ὀκτώ. ὅτι τῷ ρκʹ. ἔτει τοῦ Ἰακὼβ, Ἰωσὴφ ἦρξε τῆς βασιλείας Αἰγύπτου, τριακονταετὴς ὤν. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει τελευτᾷ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ζήσας ἔτη ρʹ. ὀγδοήκοντα· καὶ ἐτάφη ὑπὸ Ἰακὼβ καὶ Ἡσαῦ, τῶν υἱῶν αὐτοῦ. τῷ δὲ λη. ἔτει τοῦ Ἰωσὴφ ἤρξατο ὁ λιμός. οὐ γὰρ ἀνέβη
D ὁ Νεῖλος ἐν ὅλοις τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι τοῦ λιμοῦ, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ. μετὰ δὲ δύο ἔτη κατέβη Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον ἐν οεʹ. ψυχαῖς, ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ὤν. ὁ δὲ Ἰωσὴφ τεσσαράκοντα, τελευτᾷ δὲ Ἰακὼβ ἑκατὸν τεσσαρακονταεπτὰ ἐτῶν, καὶ θάπτεται ὑπὸ Ἰωσὴφ ἐν Χεβρών· Γεσαὲμ δὲ, ἡ πρὸς Αἴγυπτον Ἀρραβία ἐστί. μετὰ γὰρ οʹ. χρόνους τῆς ἐν Αἰγύπτῳ καθόδου Ἰακὼβ, ἐτελεύτησεν Ἰωσὴφ ἑκατὸν δέκα ἐτῶν.

Μετὰ γοῦν τὸν θάνατον Ἰωσὴφ, ἐδούλευσαν Ἑβραῖοι τοῖς Αἰγυπτίοις ἔτη ρμδʹ. τὰ πάντα τοίνυν τῶν Ἑβραίων ἐν Αἰγύπτῳ διατριβῆς, ἔτη σιεʹ. λαμβάνουσι δὲ τὴν εὐλογίαν τῶν πρωτοτοκίων ἀντὶ τοῦ Ῥουβὴμ, οἱ υἱοὶ Ἰωσὴφ, διὰ τὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν σῶφρον· καθὸ ὁ μὲν
E Ῥουβὴμ τῇ παλλακῇ συνῆλθε τοῦ πατρὸς, ὁ δὲ Ἰωσὴφ τῇ Αἰγυπτίᾳ οὐ συνεφθάρη. ἀλλὰ καὶ δεκατριῶν ἀδελφῶν ὄντων, εἰς δώδεκα ἐμερίσθη ἡ γῆ, διὰ τὸ τὸν Λευὶ ἀποδεκατοῦν τοὺς λοιποὺς πάντας.

Ὅτι Ἰωσὴφ κομιδῇ νέος ὤν, ἔτι πρόβατα τοῦ πατρὸς ποιμαίνων ἦν, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἠγαπᾶτο τῷ πατρί. διὸ καὶ οἱ ἀδελφοὶ διαφθονού-

A μῆσαι, οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἰρηνικὸν ἐλάλουν. Προσετίθουν δὲ καὶ μῖσος τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ ἀκούοντες. καὶ γὰρ ἔφη· δράγματα δεσμευόντων ἡμῶν ἐν τῷ πεδίῳ, ἔφην μὲν ἀνορθωθῆναι τὸ ἐμόν, τὰ δὲ ὑμέτερα περιστραφέντα προσκυνεῖν αὐτῷ. τοῦτο γοῦν ἀκούσαντες, καὶ εἰς βασιλείαν ἐπ' αὐτοὺς ὀρθῶς ἐπικρίναντες, λίαν ἐπέτειναν τὸ μῖσος. προσθεὶς δὲ αὖθις ἐνυπνιασάμενος, ἔφη· καί γε ἔφην τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ ἕνδεκα ἀστέρας προσκυνοῦντάς με καθορᾶν. ἐκπαίζων δὲ τὸ ὅραμα Ἰακώβ, ἔφη· ἆρα ἐγὼ ὁ πατήρ σου, καὶ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου, ἥξομεν προσκυνῆσαί σοι ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ ἐπιτιμήσας, παρῄνει σιγᾶν. ἦν μὲν οὖν τὰ ὁράματα ἀμυδρά, τῆς ἀληθείας προτύπωσις οὖν· καὶ γὰρ τοῦτο προφητείας εἶδος· καὶ ἐν πολλοῖς ἐθεωρήθη πολλάκις δι' ὀνείρων ἡ τοῦ μέλλοντος προδήλωσις, ἐν οἷς ἐκ τῆς κρείττονος γίνεται κατοχῆς, ὥσπερ ἐν τῷ Φαραώ, καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἄλλοις πλείστοις. B

Ἄξιον δὲ εἰδέναι τὰς διαφορὰς τῶν προφητειῶν. ἡ μὲν γάρ ἐστι πνευματική, καὶ ἀληθὴς πάντη, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων, ἐν καιρῷ τῷ ἰδίῳ τὸ πέρας τῶν προφητευομένων ἐπιφέρουσα. ἄλλη δὲ δαιμονιακή, ἐν τοῖς τῶν δαιμόνων θεραπευταῖς ἐνεργουμένη· πολύτροπος δὲ αὕτη, οἷα ἡ τῶν ἀλευρομαντῶν καὶ κριθομαντῶν λεγομένη, οἷα ἡ Πυθία, καὶ ἡ ἐκ τῆς Δωδωναίας λαροῦσα δρυός, ἡ διὰ τῶν σπλάγχνων μαντεία, καὶ ἡ δι' ὀρνέων πτήσεως, καὶ ἡ διὰ κλαγγῶν καὶ πταρμῶν συμβολική· οἷα ἡ ἐκ βροντῆς, μυῶν, γαλῆς, τριγμοῦ ξύλων, ὠτὸς ἤχων, παλμῶν σώματος, συμβολικὴ καὶ οἰωνιστικὴ λεγομένη· ἧς τὸ μέν ἐστιν ὀρνεοσκοπικόν, τὸ δὲ παλματικόν, τὸ δὲ οἰωνοσκοπικόν, τὸ δὲ χειροσκοπικόν, τὸ δὲ ἐνόδιον ἢ κληδονιστικόν· τοῦτο ὅταν ἐκ τοῦ παρατυχόντος εἰρημένου τεκμαίρηταί τις τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅταν δι' ὀνομάτων νεκρῶν ἐπικλήσεως, καὶ ὅταν δι' ἄστρων καὶ ὑδάτων ἢ ὀνείρων ματαίων. οἷοι καθ' ἑκάστην πᾶσι προσπίπτουσι. σπάνιοι γὰρ λίαν οἱ ἄνωθεν εἰκότες. οὗτοι δὲ πάντες δαιμονιώδεις οἱ τρόποι τῆς προφητείας, καὶ στοχαστικοί, οἱ κατὰ συμβεβηκὸς ἀληθεύοντες ἔν τισιν, ἐν τοῖς πλείστοις ἁμαρτάνουσιν. ἄλλη δὲ προφητεία φυσική, ὡς ἡ ἐκ τῶν ἀλόγων. χελιδόνες γάρ, καὶ μύρμηκες, καὶ γέρανοι, ἐχῖνοί τε, καὶ ἀλκυόνες, χειμῶνος ἐπιόντος φυσικῶς ἐπαισθάνονται. ἄλλη δὲ τεχνική, ὡς ἡ παρ' ἰατροῖς καὶ κυβερνήταις ὁρωμένη, ἥτις στοχασμὸς μᾶλλον ἢ προφητεία μετωνόμασται. καὶ παρὰ ταύτας ἡ δημώδης τε καὶ κοινή· ὡς ὅταν εἴπῃ τις, ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἔσται χειμών· ὅτι ἐκ φιλονεικίας ψυχῆς, πολλάκις μῖσος ἐγείρεται. ἐκ τοῦ μίσους δὲ ἔριδος ἀνισταμένης, καὶ κραταιουμένης, ζῆλος ἐγένετο πικρός. ἐκ δὲ τοῦ, φθόνος ἐπέσκηψε κρυπτός. ἐκ δὲ τοῦ, θυμὸς ἀνάπτεται δεινός. ἐκ τοῦ θυμοῦ δὲ, θάνατος ἀνακύπτει πονηρός, εἰ μὴ κρείττοσι δηλονότι προνοίαις ἀνακόπτοιτο.

C D

Ἐν τῷ πραθῆναι τὸν Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ Πετεφρῇ εὐνούχῳ, τῷ ἀρχιμαγείρῳ Φαραώ, καὶ ἐν δεσμωτηρίῳ ἐγκλεισθῆναι, συνέβη τὸν ἀρχισιτοποιὸν καὶ τὸν ἀρχιοινοχόον, τοὺς εὐνούχους Φαραώ, ἐγκλεισθῆναι ἐν τῷ αὐτῷ δεσμωτηρίῳ, ἔνθα καὶ Ἰωσήφ. ἡμερῶν δὲ διελθουσῶν, ἀμφότεροι εἶδον ἐνύπνια· ὁ μὲν ἀρχιοινοχόος, ἄμπελον εἶδε θάλλουσαν βλαστοῖς, καὶ πεπείρους βότρυας σταφυλῆς προ- E

A perciti, adversus eum simultates exercuerunt. Auxit odium, insomniorum auditio. Recitaverat enim iis, visum sibi, ipsis manipulos colligantibus suum manipulum sese erexisse, reliquosque ejus honorandi causa manipulos pronos procubuisse. unde fratres, id quod res fuit conjicientes, illum in ipsos imperium aliquando habiturum, multo vehementius odium adversus eum conceperunt. Addidit hoc priori Josephus, se per quietem imaginatum fuisse, a sole, luna, undecimque stellis se adorari. Vertit hoc in jocum pater: dictoque, numnam ergo ipse & mater tua, fratresque tui, te prostratis terram corporibus adoratum veniemus? objurgatum silere jussit. Ita ergo visiones istae obscura quaedam erant veritatem aliquanto ante designans informatio: *Divinationes.* B nam & hoc vaticinii est genus, multisque praemonstrata est insomniis futurorum significatio, quae insomnia numinis instinctu accidunt: ut Pharaoni, ut Nabuchodonosori, & permultis aliis.

Operaepretium est vaticiniorum differentias cernere. Quaedam spiritualia sunt, & veracia prorsus: ut Dei & Sanctorum, suo tempore exitu vaticinium confirmante. Alia a daemonibus proficiscuntur, inque horum cultoribus efficacitatem exerunt. estque id genus multiplex: sub quo sunt vaticinia ex farina, & hordeo, *Edit. Paris. pag. 36.* Pythia, nugae ex Dodonaea quercu extispicium, auspicium, augurium: tum conjectationes de sternutationibus, tonitribus, murium feliumque stridore, lignorum, aurium tinnitu, corporis tremore C sumptae. quod genus etiam auguria nominantur: cujus pars versatur in avibus, pars in tremoribus partium corporis sive subsultationibus contemplandis, pars in augurio, pars in divinatione ex manuum inspectione: pars in obviis rumoribus, unde omnia captantur, cum obvius quisque interrogatus dicit unde futurum conjiciatur. tum mortuorum nominatim invocandorum ratio, ex sideribus, aquis, aut inanibus somniis praedictio, qualia omni nocte quibusvis accidunt. (rara admodum sunt enim somnia divinitus oblata.) Haec omnia vaticinandi genera a daemonibus sunt, conjecturisque innituntur, ita ut per accidens in quibusdam verum attingant, in plerisque aberrent. 32 Est & alia naturalis divinatio brutorum. Etenim hirundines, formicae, grues, echini, atque alcyones tempestatem appe- D tentem naturae monitu praesentiunt. Alia artificiosa, qualem medici & gubernatores ostendunt: quae tamen conjectatio potius est quam divinatio appellata. Praeter has vulgaris quoque, ista & communis, ut cum quis dicit post triduum fore tempestatem. Studium contendendi exiguum, saepe odio occasionem praebet: ex quo orta rixa, & invalescente, acerba existit aemulatio. hanc occulta subsequitur invidia: & ex hac sursum animi exardescit acris ira, quae homicidiis foedis causam exhibet, nisi praestantioris, nimirum prudentiae consiliis ea avertantur.

Cum in Aegyptum venditus Josephus Po- *Josephi histor.* tiphari regiae Pharaonis culinae praefecto E eunucho esset, atque in carcerem traditus, evenit ut pistorum quoque & pincernarum Pharaonis principes eunuchi in eumdem carcerem concluderentur. Inde aliquot elapsis diebus, uterque horum insomnium habuit. Princeps pincernarum retulit, visam sibi in somnis fuisse vitem laetam palmitibus,

maturasque uvas porrigentem, atque inferne tribus subnixam palmitibus: se vero uvam in poculum eaprimere, idque Pharaoni io manum dare. Tum Josephus ioterpretatus est tribus palmitibus triduum significari: eo eaacto, Pharaoni mioisterium ejus in memoriam rediturum, ipsumque a rege in pristinam dignitatem restitutum iri. Petiitque ut rebus prosperis redditus, sui per calumniam carceri inclusi rationem haberet. Deinde magister pistorum: Imagioatus sum, ait, per quietem, capiti meo impositas tres sportas me gerere, panibus delicatis plenas, qualibus rea vesci solet: cæterum aves ingruere, atque eos devorare. Respondit Josephus, fore ut post tres dies Pharao eum capite mulctatum in crucem agat, ubi volucribus esca sit futurus. Quomodo autem Josephus actum iri prædixerat, ita plane actum est. Duobus ab eo tempore annis circumactis, ipsi Pharaoni insomnium est oblatum tale. Vidit septem vaccas formosas, & carne oitidas, de fluvio ascendere atque in palustri gramine pascere. His succedere totidem deformes atque macilentas, a quibus pulcræ illæ & piogues devorarentur. Expergefactus rea, cum denuo obdormivisset, in somno sibi visus est videre septem spicas ab uno culmo enasci, pulcras atque eaimias: post has, alias septem vitio aeris inanes ac tenues, & ab his præclaras istas atque plenas consumi. His visis perturbatus est rex: neque tamen fuit qui ei somnium hoc interpretari posset. Ibi tum recordatus Josephi est pincernarum præfectus. Josephus ergo vocatus, septem vaccis formosis, itemque septem spicis præclaris, septem anoos fertilitatis designari eaponit: septem macris vaccis, atque inanibus spicis, annos septem penuriæ insecuturæ, qui omnes fertilium annorum opes essent absumpturi. Insomnii veritatem, geminatione confirmari: & quod secundo spicæ visæ essent, eo indicium de frugibus terræ perhiberi, ac Deum rem acceleraturum. Triginta anno natus fuit Josephus, cum Pharaoni præsto fuit: iique ei Asenetham Potiphari sacerdotis filiam matrimonio junait: ea quo ei duo filii sunt nati, Maoasses atque Ephraimus. Enimvero fame septeouali orta, Josephus omne aurum, omnia jumenta, omoes agros, quin etiam mancipia domui Pharaoois acquisivit. Septimo aooo semina ad totam Ægyptum frumento cooserendam præbens;, instituit ut fructuum quinta pars regi penderetur. quod etiamnum in Ægypto obtinet, solis sacerdotibus immunibus: quod eorum agros tantum Josephus eo onere liberasset. cæteroqui salutem hoc suam, & summum beneficium Ægyptii putantes, hodieque morem retinent quiotam omnium terræ frugum partem Pharaooi tribuendi.

Edit. Paris. pag. 37.

Jacobi morituri cum Josepho acta.

Jacobus in Ægypto apud Josephum annos vixit septendecim, vixit omnino annos CXLVII. Ut finem vitæ suæ appetiisse intelleaisse, Josephum ad se evocatum femori suo (ut erat moris) manum subjicere jussit: juramento obstrinait, ne se in Ægypto humaret, sed ad majorum suorum sepulcrum reportaret. Cum Josephus ita uti pater jusserat, manu ejus femori supposita jurasset, illico Israelus

A βάλλουσαν. τρεῖς δὲ ταύτην ὑπέχουσαν κάτωθεν πυθμένας. ἐγὼ δέ, φησιν, ᾤμην τῷ ποτηρίῳ τὴν σταφυλὴν ἐκθλίβων, εἰς τὴν χεῖρα διδόναι Φαραώ. καὶ ὁ Ἰωσήφ· τοὺς τρεῖς πυθμένας, ὅτι τρεῖς ἡμέρας ἔσεσθαι φησί, καὶ τῆς ἀρχῆς σου μεμνήσεται ὁ Φαραώ, καὶ ἀποκαταστήσει σε εἰς τὴν προτέραν ἀρχιοινοχοΐαν. ἀλλὰ μνήσθητι κἀμοῦ, ὅταν εὖ σοι γένηται· ὅτι μάτην διαβληθεὶς, τῷ ὀχυρώματι τούτῳ κατακέκλεισμαι. ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ ἀρχισιτοποιὸς ἔφη· τρία κανᾶ χονδριτῶν σιτοποιοῦ, ἐξ ὧν ἔργων ὁ βασιλεὺς ἐσθίει, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου ἔχειν ὑπελάμβανον· καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιόντα, κατήσθιεν αὐτά. καὶ ὁ Ἰωσήφ· ὅτι τρεῖς ἡμέραι, ἔφη, καὶ ἀφελεῖται Φαραὼ τὴν κεφαλήν σου ἀ-B πὸ σοῦ, καὶ ἐπὶ ξύλου κρεμάσει σε, καὶ τὰ ὄρνεά σε καταθοινήσονται. κατὰ τὴν κρίσιν οὖν τοῦ Ἰωσήφ, οὕτω καὶ ἐγένετο. μετὰ ταῦτα δύο ἐτῶν παρῳχημένων, αὐτὸς ἐνύπνιον εἶδε Φαραώ. ἑπτὰ βόας καλὰς τῷ εἴδει, καὶ ταῖς σαρξὶ λιπαράς, ἀναβαινούσας ἐκ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐν τῷ Ἄχει νεμομένας οὕτω ὁρᾷν. ἄλλας δὲ ἑπτὰ βόας ἑπομένας ταῖς πρώταις, αἰσχρὰς τῷ εἴδει, καὶ λεπτάς, αἳ καὶ κατέφαγον τὰς λιπαρὰς καὶ ἐκλεκτάς. εἶτα ἐγερθεὶς, καὶ αὖθις δεύτερον ἐνυπνιασθεὶς ὁ βασιλεύς, ὁρᾷν ἐδόκει ἑπτὰ στάχυας ἐν ἑνὶ πυθμένι ἀνιέναι, καλοὺς καὶ ἐκλεκτούς· καὶ μετ' αὐτούς, ἄλλους ἑπτὰ ἀναφύεσθαι ἀνεμοφθόρους καὶ λεπτούς, οἳ τοὺς ἐκλεκτοὺς καὶ πλήρεις κατέ-C πιον. ταῦτα ἰδὼν Φαραὼ ἐταράχθη, καὶ ὁ ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὴν σύγκρισιν οὐκ ἦν. ἀναμιμνήσκεται οὖν ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ Ἰωσήφ. ὃς καὶ παραστὰς, τὰς μὲν ἑπτὰ βόας τὰς καλάς, καὶ τοὺς ἑπτὰ στάχυας τοὺς καλούς, ἑπτὰ ἔτη εὐθηνίας εἶναι φησί· τὰς δὲ ἑπτὰ βόας τὰς ἰσχνάς, καὶ τοὺς ἑπτὰ στάχυας τοὺς λεπτοὺς καὶ κενούς, ἑπτὰ ἔτη λιμοῦ ἰσχυροῦ ἐπακολουθήσειν, ἅπερ ἐξαναλώσει πάντα τὰ ἀγαθὰ τῶν ἐτῶν τῆς εὐθηνίας. τὸ δὲ δευτερῶσαι τὸ ἐνύπνιον, ἀληθές ἐστι δηλοῖ. τὸ δὲ καὶ διὰ τῶν ἀσταχύων δευτερωθῆναι, τὸ διὰ τῶν γεωργημάτων τῆς γῆς σημαίνει· ὅπερ καὶ ταχυνεῖ τοῦ ποιῆσαι ὁ Θεός. ἦν μὲν οὖν ἐτῶν τριάκοντα ὁ Ἰωσήφ, ὅτε παρέστη τῷ Φαραώ· ὁ καὶ γυναῖκα τὴν Ἀσενὲθ ἐδίδου, θυγατέρα τοῦ ἱερέως Πετεφρῆ· μεθ' ἧς καὶ δύο D υἱοὺς ἐποίησε, Μανασσῆν καὶ Ἐφραΐμ. τοῦ λιμοῦ δὲ ἐπὶ ἑπταετίας γινομένου, πάντα μὲν χρυσὸν, καὶ κτήνη, καὶ γῆν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἀνδράποδα τῷ οἴκῳ Φαραὼ εἰσεποιήσατο. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἐνιαυτῷ σπέρματα δοὺς πάσῃ τῇ γῇ Αἰγύπτου, τὸ πέμπτον μέρος ἀποκληροῦν ἐποίησε τοῖς βασιλείοις· ὅπερ καὶ μέχρι τῆς νῦν κρατεῖ ἐν Αἰγύπτῳ, μόνων τῶν ἱερέων ὑπεξῃρημένων. τὴν ἱερατικὴν γὰρ γῆν ἀτελῆ καταλέλοιπε μόνην. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι σωτηρίαν μεγίστην καὶ εὐεργεσίαν ἡγησάμενοι τοῦτο, ἄχρι τοῦ δεῦρο ἀποπεμπτοῦν παρειλήφασι τῷ Φαραὼ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς αὐτῶν.

Ἑπτακαίδεκα μὲν ἔτη ἐπέζησεν ὁ Ἰακὼβ ἐν Αἰ-E γύπτῳ τῷ Ἰωσήφ, τῆς ζωῆς δὲ αὐτοῦ αἱ πᾶσαι ἡμέραι εἰς μζ. καὶ ἑκατὸν ἔτη μετρηθεῖσαι. ἤγγιζε μὲν ἡ ἡμέρα τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. αὐτὸς δὲ τὸν Ἰωσὴφ προσκαλεσάμενος, θεῖναι τὴν χεῖρα ὑπὸ τὸν μηρὸν, ὡς ἔθος, καὶ ὀμόσαι αὐτῷ κατεδυσώπει, μὴ θάψαι αὐτὸν ἐν Αἰγύπτῳ, ἀλλ' ἐν τῷ τάφῳ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἀναγαγεῖν. αὐτοῦ δὲ κατατεθειμένου καὶ ὀμωμοκότος, εὐθὺς προσκυνῆσαι τὸν Ἰσραὴλ

ἐπὶ

A ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου Ἰωσήφ. μετὰ ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰωσὴφ, ὅτι ἐνοχλεῖται ὁ πατὴρ, τοὺς δύο υἱοὺς Μανασσῆν καὶ Ἐφραὶμ ἀναλαβόμενος, ἧκεν εἰς ἐπίσκεψιν. Ἰσραὴλ δὲ ἀνεκάθισε, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα τῶν εὐλογιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν, ἃς αὐτῷ ἐν γῇ Χαναὰν χρηματίζων ἐπήγγελται, ὑπομιμνήσκει. ἰδιοποιεῖται δὲ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, τοὺς γενομένους αὐτῷ ἐν γῇ Αἰγύπτου, Ἐφραὶμ λέγω καὶ Μανασσῆν, εἰπών· ὡς Ῥουβεὶμ καὶ Συμεὼν οὗτοι μοι ἔσονται, τὰ δέ γε ἔκγονα τούτων σοὶ ἔσονται. ὅτι γὰρ ἔμελλεν ὥσπερ τ' ἄλλα, οὕτω καὶ τοὺς υἱοὺς τῷ Θεῷ ἀποδεκατοῦν ὁ Ἰσραὴλ (καὶ γὰρ ὁ Λευὶ εἰς κλῆρον ἀφώρισται μετὰ ταῦτα τῷ Θεῷ) ἵνα μὴ ὁ τῶν δώδεκα φυλῶν ἀριθμὸς ἐλαττωθῇ, τούτου χάριν οἶμαι ὁ Ἰσραὴλ τὸν Ἰωσὴφ ἀντὶ δύο υἱῶν ἡγησάμενος, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς φυλὰς διετάξατο δύο, B Ἐφραὶμ δηλαδὴ, καὶ Μανασσῆν. καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ τοῦ Ἰσραὴλ βαρυωποῦντες ἀπὸ τοῦ γήρως ἦσαν. ἀμυδρὰ δὲ ὁρῶντες, ὁρῶσι τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ, καὶ ἐπυνθάνετο τίνες ἂν εἶεν; οὓς δὲ προσεγγίσαντας περιέλαβε, καὶ κατεφίλησε, καὶ φησὶ πρὸς Ἰωσήφ· ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστέρησέ με ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἔδειξέ μοι καὶ τὸ σπέρμα σου. ἐξαγαγὼν δὲ Ἰωσὴφ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν γονάτων Ἰσραὴλ, τοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ, εἶτα τὸν Μανασσῆν μὲν ἐν τῇ δεξιᾷ, ἐξ ἀριστερῶν δὲ τὸν Ἐφραὶμ, αὐτὸς τὰς χεῖρας ἀμείβων, τὴν μὲν δεξιὰν ἐπὶ τοῦ νεωτέρου, τὴν ἀριστερὰν δὲ ἐπὶ τοῦ πρεσβυτέρου τὴν κεφαλὴν τιθεὶς, εἰς μυστήριον σταυρικοῦ τύπου, οὕτως εὐλόγησεν αὐτοὺς, ὥστε πληθυνθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ * ὥστε C αὐτοὺς ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τῶν πατέρων αὐτοῦ. Βαρὺ δὲ κατεφάνη τοῦτο τῷ Ἰωσὴφ, καὶ τῆς πατρικῆς δεξιᾶς ἀντελάβετο, ἀφελεῖν βουλόμενος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς Ἐφραὶμ, καὶ ἐπιθῆναι ἐπὶ κεφαλὴν Μανασσῆ. οὗτος ἐστὶ, πάτερ, εἰπὼν, ὁ πρεσβύτερος· καὶ τούτῳ ἐπίθες, ὡς καθήκει, τὴν δεξιάν. αὐτὸς δέ· οἶδα, τέκνον, οἶδα, ἀπεκρίθη· αὐτὸς ἔσται εἰς λαὸν, καὶ ὑψωθήσεται. ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος, μείζων αὐτοῦ ἔσται· καθάπερ ὁ νέος καὶ ἐν πνεύματι Ἰσραὴλ, τοῦ πρεσβυτέρου καὶ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ ὁμολογουμένως μείζων ἐστί. μετὰ ταῦτα τοὺς πάντας υἱοὺς ὁ Ἰσραὴλ συγκαλεσάμενος, διετίθετο αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἕως τοῦ ἐσχάτου, οἷς μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις διέλεγξιν καὶ μέμψιν, οἷς δὲ προφητείαν D τοῦ μέλλοντος καὶ τῶν ἐσομένων δήλωσιν, οἷς δὲ εὐλογίαν καὶ ἔπαινον· καὶ καθὼς ἐδίδου τὸ πνεῦμα ἑκάστῳ τὸ δέον ἐπιφθεγξάμενος ὁ μακάριος, οὕτως ἐτελεύτα. καὶ πρώτην μὲν ῥῆσιν, οὐκ εὐλογίας, ἀλλὰ μέμψεως καὶ ἐλέγξεως τῷ πρωτοτόκῳ Ῥουβὴμ ἐπιφωνεῖ· ἰσχὺν μὲν αὐτὸν, καὶ τῶν τέκνων ἀρχὴν ἀποκαλῶν· σκληρῶς δὲ καὶ αὐθαδῶς φερόμενον, ὑβρίζειν ἔν τε ἄλλοις πλείστοις, καὶ ἐν τῷ ἐπὶ τὴν κοίτην ἀναβαίνειν, καὶ μιαίνειν τοῦ πατρὸς τὴν στρωμνὴν μετὰ Βάλας τῆς αὐτοῦ παλλακῆς. παραγγέλλει τοίνυν, μηκέτι ὡς ὕδωρ ἐκζέσαι τοῦτον ἀσελγεῖ πόθῳ, καὶ ἐπ' ἀνομίᾳ προσθεῖναι ἀνομίαν. δεύτερον δὲ, τὸν θυμὸν E Συμεὼν καὶ Λευὶ, καὶ τὴν μῆνιν ἐπικαταρᾶται, ὡς αὐθάδη τε καὶ σκληρὰν τὴν εἰς τοὺς Σικιμίτας μιαιφονίαν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν κατὰ ἀθώων ὕβριν διασύρων, καὶ τὴν ἀδικίαν τῆς αὐτῶν προαιρέσεως, ὥσπερ καὶ τὴν διὰ τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν Δίναν ἀναιτίως ἐπήγαγον, μήποτε ἐπερείσαι τὰ σπλάγχνα, ἤτοι συναινέσαι τῇ βουλῇ αὐτῶν ἐπευχόμενος. τῷ Ἰούδᾳ δὲ σαφῶς, διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ μέλλοντα βλαστάνειν Χριστὸν, αἰ-

Cedren.

* ὡς ἐν lego.

A ad extremum virgæ Josephi adoravit. Post hæc Josephus, audito patrem adversa valetudine conflictari, secum ductis Manasse & Ephraimo filiis, ad eum visendi gratia perrexit. Tum Israel assedit, factoque dicendi initio, quibus eum prosperitatum denunciationibus Deus impertivisset, ac quæ ei in terra Chananæa promiserit, refert: tum Josephi filios, ei in Ægypto natos, Ephraimum dico, & Manassem, adoptat, pollicitus eos sibi eodem quo Rubenus esset, atque Simeon, loco futuros: eorum tamen progeniem Josephi futuram. Etenim Israelus cum esset ut reliquorum, ita filiorum quoque decimam partem Deo consecraturus (nam postmodo Levis sorte Deo B est addictus) ne duodecim tribuum numerus diminueretur: ejus opinor rei causa Josephum duorum filiorum loco duxit, filiisque ejus duas tribus assignavit, Ephraimo nimirum unam, alteram Manassæ. Jam senectus oculos Israeli hebetaverat: itaque cum obscure filios Josephi cerneret, quinam essent percontatur: accedentesque amplexus & deosculatus est, ita Josephum alloquens. Ecce conspectu tuo Deus me non privavit: quin & sobolem tuam videndam dedit. Josephus filios a genibus patris eduxit, uti procumberent in genua coram eo: inde Manassem Israeli ad dexteram, Ephraimum ad sinistram statuit. At Israelus manibus in diversas partes diductis, ita uti C dextram junioris, lævam majoris capiti imponeret (quo facto crucis mysterium designavit) ita illis prospera est precatus, uti terram implerent progenie: ac super iis Israeli Isaaci & Abrahami nomina celebrarentur. Josepho autem ea res indigna visa: dextramque patris apprehensam ab Ephraimi capite in caput Manassæ transferre conatus est, hunc majorem natu esse, patrem monens, eique de more dextram imponendam. Ad hæc Israelus: Novi, inquit, ista, novi nate. Manasses populum procreabit, & exaltabitur, cæterum minor natu filius eum magnitudine præstabit: quemadmodum & posterior ac spiritualis Israelus antiquiore & carnali Israelo haud dubie major est. Secundum hæc Israelus filiis omnibus ad D se convocatis, a primo ad ultimum omnes extremum allocutus, aliorum facta reprehendit atque culpavit, aliis futura prædixit, aliis collaudatis fausta denunciavit. cumque pro eo atque spiritus suggerebat, unicuique ea quæ in rem erant dixisset, ita ea hac vita decessit. Ac primum quidem dictum, Rubeni fuit non fausta comprecatio, sed reprehensio atque objurgatio. Nam robur quidem eum & filiorum principium nominat: sed ferocem juxta atque insolentem, & qui cum alia per libidinem ac superbiam multa deliquisset, tum patris etiam lectum conscendisset, atque polluisset incesto cum Bala ejus pellice concubito. hortatur ergo eum, E ne porro aquæ instar obscœna libidine effervescat flagitiove flagitium addat. Secundo loco iram ac furorem Simeonis & Levis detestatur, truculentamque in Sichemitas editam cædem, vimque innoxiis illatam carpit, ipsorumque injustam voluntatem, qua ducti propter sororem suam Dinam innocentes trucidassent. ac gloriatur, se neque eorum incœpti conscium, neque instituti approbatorem fuisse. At vero Judæ, propter Christum ipsius

Jacobi de filiis suis sententia. Edit. Paris. pag. 39.

E

ex stirpe oriturum, perspicue lætam laudis, adorationis, atque de omnibus hostibus victoriæ denuntiationem exponit: quem & catulum leonis, ob unigeniti naturam regiam: & germen ex ipso pullulaturum, ob carnis de virgine assumptionem & humanos natales appellat. Eumdem quoque moriturum, & vitæ restitutum iri, ob mortis propensionem & resurrectionem, evidenter ibi primus omnium divinus prædicit Israelus. Ait vero, numquam principem seu ductorem ex stirpe Judæ defuturum, donec is veniat cui res repositæ sunt; nempe Christus qui vere gentium expectatio est. Qui Judæis fastum elationemque omnem, ut ii ob regnum, Imperium, universamque potestatem gloriabantur, adimens, sibi ut omnipotenti omnem universarum rerum dominationem vindicans, quibus vult ea ipse largitur. Is ad vitem suam, hoc est sanctorum ex circumcisione ecclesiam, pullum asinæ, id est collectas ex gentibus ecclesias capreolo vitis, quod est spiritus dilectionis, alligavit. Is stolam suam, carnis videlicet amictum, ut in vino in sanguine vitis tinctam, in suo proprio sanguine lavabit: id est, ex interitu naturali ad conditionem interitus expertem transferet; quandoquidem in cruce cruentatus, a mortuis purus, ac interitui nequaquam porro obnoxius exstitit. Hujus etiam hilares sunt oculi, tamquam a vino, spiritu nimirum sancto repleti. Dentes lacte candidiores, excellentissimam sermonum ejus perspicuitatem atque puritatem notant. Zabulon maritimam ad navium stationem deligens habitationem, usque ad Sidonem urbem incolet. Issachar contra terram in medio conspicatus pinguem esse, fertilem atque bonam, ad labores studium suum conferet, fietque agricola. Dan, inquit, populum suum judicabit, sicut & alia tribus Israelitica, nempe ut regia Judæ familia. Sicuti olim Samson. Et deinde filius iniquitatis tamquam coluber aliquis in via hujus vitæ occulte insidiatus, calcem equi (nimirum iter ejus qui imprudenter hanc vitam degit, a recto avertens) mordet, ac tandem astute a Deo aversum subvertit. concidet humi eques, id est homo fidelis ac pius: rursusque resipiscens, & auxilium Dei implorans. Gadum, ait, prædones deprædabuntur: quales multas diversis temporibus Gadus a finitimis hostibus prædatorias incursiones protulit: ipse vicissim Gadus eos e vestigio latrociniis ultus est. Aserum adeo fructibus abundaturum, ut etiam principibus alimenta suppeditaturus sit. Nephtalinum trunco plantæ sese subjicienti similem fore, multitudine & elegantia potentiæ auctum, veluti ramis admodum frugiferis. Hæc quidem iis vaticinans prædixit Israelus. Josephum vero impensius dilectum, excellentioribus felicitatis denuntiationibus est prosecutus. Josephus, ait, filius incrementa fecit, gloriaque est præditus: quam suscipiendus est filius meus junior? Josephe, ad me revertere, ad me patrem tuum. de cætero cave ad Pharaonem, aut ad impios Ægyptios revertaris: sed ad me, ac majorum tuorum pietatem te refer. Nam sagittarii contra te consilium inierunt, opprobria jecerunt, ac insidias tetenderunt vulnerare quærentes & interficere vel sicuti fratres quondam invidia permoti, vel alii hoc deinceps adversus posteros tuos audebunt. Sed manu potentis mei Dei, qui Israelum roborat, arcus eorum confracti

Vaticinium de Christo.

Edit. Paris. pag. 40.

A νεσιν καὶ προσκύνησιν καὶ νίκην κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ πάντων διαγγέλλεται. ὃν καὶ ὡς σκύμνον λέοντος, διὰ τὸ φύσει βασιλικὸν τοῦ μονογενοῦς, ὡς ἐκ βλαστοῦ δὲ αὐτοῦ ἀναβῆναι διὰ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν καὶ σάρκωσιν. καὶ αὐτὸν δὲ τοῦτον ἀναπεσόντα κοιμηθῆναι, καὶ ἐγερθήσεσθαι διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἀριδήλως ὁ θεῖος ἐκεῖ πρῶτος προηγόρευσεν Ἰσραήλ. Μὴ ἐκλείψειν δὲ ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα, ἢ ἡγούμενον, ἕως ἂν (φησὶν) ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, τουτέστιν ὁ Χριστός, ὃς ἐστιν ὄντως προσδοκία τῶν ἐθνῶν· ὃς τὸ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ καὶ ἡγεμονίᾳ καὶ ἀρχικῇ ἐξουσίᾳ πᾶσαν γαυρίαμα ἀφελόμενος τῶν Ἰουδαίων, καὶ εἰς ἑαυτὸν πᾶν τὸ κράτος τῶν ὅλων ὡς παντοκράτωρ ἀναρτησάμενος, οἷς βούλεται τοῦ-

B το καὶ χαρίζεται. Οὗτος πρὸς τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἐκ περιτομῆς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, τὸν πῶλον τῆς ὄνου τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, ἐν τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου, ἤτοι τῷ πνεύματι τῆς ἀγάπης προσδεσμεύσει. οὗτος τὴν αὐτοῦ στολήν, καὶ τοῦ σώματος τὴν περιβολήν, ὡς ἐν οἴνῳ τῷ αἵματι τῆς σταφυλῆς βεβαμμένην, ἐν τῷ οἰκείῳ αἵματι πλυνεῖ· ὅ ἐστιν, ἐκ τῆς φυσικῆς φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταβαλεῖ, ἐν σταυρῷ αἱματούμενος, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀμίαντος καὶ ἄφθαρτος ἀνιστάμενος. τούτου καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ χαροποί, ὡς ἀπὸ οἴνου τοῦ πνεύματος πεπληρωμένοι τοῦ ἁγίου. οἱ ὀδόντες δὲ ὑπὲρ τὸ γάλα λευκοί, τὸ ὑπερφυῶς φωτοειδέστατον τῶν αὐτοῦ λόγων καὶ καθαρώτατον ἐμφαίνοντες. Ζαβουλὼν παρά-

C λιον πρὸς ὅρμον πλοίων προελόμενος κατοικεῖν, ἕως Σιδῶνος τῆς πόλεως τὴν αὐτοῦ κατοίκησιν περατώσει. ὁ Ἰσσάχαρ δὲ ἐν μέσῳ τῶν κλήρων ἰδὼν γῆν, ὅτι πίων ὅτι εὔκαρπος καὶ καλή, φιλοπονεῖν αἱρετίσεται, καὶ ἀνὴρ γεωργὸς ἔσται. καὶ Δὰν μὲν τὸν λαὸν αὐτοῦ (φησὶ) κρινεῖ, ὡσεὶ καὶ μία φυλὴ ἐν Ἰσραήλ, ὡς ἡ βασιλικὴ τοῦ Ἰούδα φυλή· καθάπερ πάλαι ὁ Σαμψών· καὶ ὕστερον ὁ τῆς ἀνομίας υἱός, ὥσπερ τις ὄφις ἐφ' ὁδοῦ ἤδη λανθανόντως τοῦ βίου λοχῶν, καὶ πτέρναν ἵππου τὴν ἀπερισκέπτως τὸν βίον τουτονὶ τρέχοντος τὴν ὁδὸν διαστρέψας. τοῦτον γὰρ δάκνων, καὶ λοιπὸν πανούργως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὑποσκελίσας, πεσεῖται χαμαὶ ὁ ἱππεύς, πιστὸς καὶ εὐσεβὴς ἄνθρωπος, μετανοῶν, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ σω-

D τηρίαν αὖθις ἀνακαλούμενος. τὸν Γὰδ δὲ πειρατήριον (φησὶ) πειρατεύσει, οἷα πολλὰ κατὰ τοὺς πολλοὺς καιροὺς πειρατήρια τῷ Γὰδ μὲν ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων συμπέπτωκεν ἐχθρῶν, αὐτοῖς δὲ αὖθις ὁ Γὰδ πειρατήριον κατὰ πόδας ἐπενήνεκται. καὶ Ἀσὴρ μὲν τῷ ἄρτῳ πιανθήσεται, ὡς καὶ τοῖς ἄρχουσι διδόναι τροφήν. Νεφθαλεὶμ δὲ στελέχει φυτοῦ ἀνειμένου παρεικασθήσεται, ἐπιδιδοὺς εἰς πλῆθος καὶ κάλλος δυνάμεως, ὡς γεννήματι πληθύει καρπῶν. τοῖς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα προφητεύων, ἐπέλεγεν ὁ Ἰσραήλ. σφόδρα δὲ τὸν Ἰωσήφ, ὡς λίαν ἠγαπημένος, εὐλογῶν. υἱὸς ηὐξημένος καὶ δεδοξασμένος, ὡς ζηλωτός, ἢ ἐπίζηλος καὶ μακάριός μου ὁ υἱὸς ὁ νεώτερος; Ἰωσὴφ πρός με ἀνάστρεψον, πρός με τὸν

E πατέρα τὸν σόν. ὅρα λοιπόν, μὴ πρὸς Φαραώ, μὴ πρὸς Αἰγυπτίους ἀσεβεῖς, ἀλλὰ πρὸς ἐμέ (φησὶ) καὶ τὴν εὐσέβειαν τῶν πατέρων ἐπιστρέφου τῶν σῶν. καὶ γὰρ κατὰ σοῦ διαβουλευόμενοι ἐλοιδοροῦντο καὶ ἐνεῖχον τοξόται, τρῶσαι θέλοντες καὶ ἀποκτεῖναι· ὃ ὥσπερ οἱ ἀδελφοὶ διαφθονούμενοι πρότερον, καὶ ἄλλοι τοῦτο δράσουσι μετὰ ταῦτα εἰς ἐκγόνους τοὺς σούς. ἀλλὰ διὰ χειρὸς δυνάστου τοῦ ἐμοῦ Θεοῦ τοῦ κατισχύσαντος Ἰσραὴλ συντρίβει

τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ τὰ νεῦρα τῶν βραχιόνων αὐτῶν ἐξελύθη. καὶ εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς ὁ ἐμὸς εὐλογίαν οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐρανίοις χαρίσμασιν ἀγαθῶν ἀρετῶν, καὶ ἐπιγείοις καταπλουτίσας ἀγαθοῖς πᾶσι. καὶ διὰ τὰς ἀπὸ μαστῶν καὶ μήτρας σου εὐλογίας, καὶ διὰ τὰς τοῦ πατρός σου ἐκ νηπίου ἐπιθυμίας καὶ ἀγαπήσεις, ὑπερίσχυσας καὶ ἐδυνάσθης ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων μονίμων, ἤτοι βασιλέων πολυχρονίων, καὶ ἐπιθυμίας θινῶν αἰωνίων, ἤτοι βουνῶν καὶ ἀρχόντων μακροβιότητι διαλαμπομένων πάντων ὑπερῆρξας. αὗται γοῦν φησιν αἱ εὐλογίαι ἔσονται ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν ὧν αὐτὸς ἡγεῖται ἀδελφῶν. Βενιαμὶν δὲ λύκος ἅρπαξ· τὸ πρωϊνὸν αὐτὸς ἔδεται, καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας διαδώσει τροφήν. τοιοῦτον γοῦν τι πέπονθεν ἡ τούτου φυλή. B

Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ἐάν τις ἐκ παρατάσεως ἁμαρτάνει πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος οὔτε μετανοίας ἀξιοῦται, οὔτε ἀφέσεως· ὥσπερ γε καὶ ἄλλοι πλείους, καὶ οὗτος ὁ Φαραώ. κἂν λέγῃ τίς παρ' ἑαυτοῦ, ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς καρδίας μου τῆς πονηρᾶς, καὶ ὀψέ ποτε μετανοήσω. ὥσπερ Ἀμὼς, ὁ τοῦ Μανασσῆ. διὸ καὶ τὸ τάχος ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ὁ Θεός.

Ὅτι γεωμετρίαν μὲν Αἰγύπτιοι πρῶτοι ἐξεῦρον, ἀστρολογίαν δὲ καὶ γενεθλιαλογίαν Χαλδαῖοι, Ἄραβες καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπίαν· θεοῖς δὲ θύειν, Χαλδαῖοι, εἴτ' οὖν Κύπριοι, διφορούμεται γὰρ, ἔθνος Περσικὸν ὄντες. ἀστρονομίαν δὲ Βαβυλώνιοι, διὰ Ζωροάστρου, ἐξ ὧν παρέλαβον Αἰγύπτιοι. μαγείαν δὲ καὶ γοητείαν καὶ φαρμακείαν, Μῆδοι καὶ Πέρσαι. ἔστι δὲ μαγεία μὲν, ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν, πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν, ὥσπερ τὰ τοῦ Τυανέως Ἀπολλωνίου. γοητεία δὲ καλεῖται, ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων, τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γινομένων· φαρμακεία δὲ, συσκευασία θανατηφόρος, ἢ πρὸς φίλτρον δοθεῖσά τινι διὰ τοῦ στόματος. C

Ἰστέον, ὅτι τὸ Φαραὼ κοινὸν ὄνομα πάντων τῶν Αἰγύπτου βασιλέων ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραώ· ὥσπερ καὶ Πτολεμαῖοι ὕστερον, καὶ Αὔγουστοι οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων, ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκαλοῦντο. ἰδίῳ δὲ ὀνόματι ἕκαστος ἐχρῆτο· ὥσπερ καὶ ὁ σκληροκάρδιος οὗτος Φαραὼ, Πετισσώνιος, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ παλαιοὶ, ἰδίῳ ὠνόμαστο ὀνόματι, ὃς ὑπὸ τῶν θεηλάτων πληγῶν περιστατούμενος, εἰς τὸ περιβόητον ἐν Μέμφει μαντεῖον γενόμενος, καὶ θυσιάσας, ἐπυνθάνετο παρὰ τῆς Πυθίας οὕτω φάσκων. Σαφήνισόν μοι, τίς ἐστι πρῶτος ὑμῶν καὶ μέγας Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ εὐθὺς ἀπεφθέγξατο χρησμολογοῦσα οὕτω τὸ πνεῦμα. D

Ἔστι κατ' οὐρανοῦ μεγάλοιο βεβηκὸς φλογὸς ὑπερβάλλον αἴθριον, αἰνὸν, ἀθάνατον πῦρ, ὃ τρέμει πᾶν, οὐρανὸς, γαῖά τε καὶ θάλασσα, ταρτάρεοι βύθιοί τε δαίμονες ἐρρίγησαν. Οὗτος Θεὸς ἀπάτωρ, αὐτοπάτωρ, πατὴρ, υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ τρισόλβιος. Εἰς μικρὸν δὲ μέρος ἀγγέλων ὑμεῖς. μαθὼν ἄπιθι σιγῶν. οὕτως ἀκούσας Φαραὼ, αὐτίκα πλακὶ λιθίνῃ γραφῆναι ταῦτα κελεύει τὰ ῥήματα· καὶ ἐστὶν ἐκεῖ γεγλυμμένα ἐν τῷ ἱερῷ ἐν Μέμφει. ἐκεῖθεν καταβὰς, ἀπέλυσε παραχρῆμα τὸν λαόν. E

Ὅτι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσὴφ γενεαὶ κγ', ἔτη γχοβ'.

Cedren.

A sunt, nervique brachiorum eorum luxati. Te autem Deus meus cælestibus ac terrestribus bonis beavit, cælestibus virtutum bonarum donis, terrestribus omnigenis opibus: ac tu propter faustas jam inde ad utero & uberibus matris tuæ comprecationes, propterque patris tui ab ineunte tua ætate desideria atque dilectionem, prævaluisti, factusque es potens, supra prosperitatem avium permanentium (nempe regum longo tempore imperantium) & supra cupiditates collium æternorum (hoc est principum prospere longam ætatem agentium) omnes excelluisti. Atque hæc, inquit, fausta redundent in caput Josephi, & in verticem fratrum quorum ipse ductor est. Beniaminus autem lupus est raptor, matutinum ipse vorabit & vespertinæ prædam distribuet: ac B tale quippiam tribui Beniamineæ evenit.

Obstinate peccantes.

Sciendum autem est, si quis ostinato animo peccat, Deum tentans veluti malos supplicii non affecturum, eum neque resipiscentiam neque veniam consequi, quod & in aliis multis, & in hoc apparuit Pharaone. Itemque, si quis apud animum suum dicat, clementer mecum agatur, vivam secundum animi mei pravi dictata, & multo post tempore tandem resipiscam: qualis fuit Amon Manassæ filius, quem propterea etiam Deus celeriter perdidit.

Edit. Paris. pag. 41.

Geometriam primi Ægyptii invenerunt: Astrologiam & natalitiorum judiciorum artem Chaldæi: auspiciorum Arabes & Phryges. Diis sacrificare Chaldæi instituerunt, sive Cyprii, gens Persica: C Astronomiam Babylonii, auctore Zoroastre: ab his Ægyptii acceperunt. Magiam, præstigias, & veneficium, Medi & Persæ. Est autem Magia, invocatio dæmonum beneficorum, boni alicujus conciliandi gratia: qualis Apollonii Tyanei Goetia (quam præstigias Latine dixi) ab ejulatibus & luctibus nomen habens, quos ad sepulchra exercent qui ista tractant. Veneficium est, cum per eos alicui ingeritur temperata lethalis aut amatoria potio.

Magia.

Præstigiæ.

Veneficium.

Pharaonis nomen omnium Ægypti regum commune est, a primo Pharaone sicut etiam Ptolemæi: ac Augusti Romanorum reges, ab Augusto denominati sunt. Habuit autem etiam proprium nomen quivis. Atque huic obstinato Pharaoni D nomen fuisse Petissonio, antiqui perhibent. Qui cum divinitus immissis calamitatibus esset circumventus, ad nobile oraculum quod Memphi erat se contulit: sacrisque operatus, a Pythia contendit, uti sibi exponeret quis primus sit atque magnus Deus Israeli. ac statim ei hoc est oraculo responsum:

Nomen Pharaonis.

Oraculum. 34

A magno æternum descendit numen Olympo,
Morte carens ignis, flamma splendentior omni,
Hunc cælum tellusque tremit, pelagusque profundum,
Quosque Orcus fundo compescit dæmonas imo.
Hic genitore carens Deus est, pater unus, & idem
Filius, atque unus triplici sub nomine felix.
E *Exigua angelicæ vos pars quota naturæ?*
His tu perceptis, tacitus discede.

Hæc cum audivisset Pharao, statim lapideæ tabulæ ea verba jussit inscribi: extantque sculta in Memphitico templo. Inde digressus, statim populum Judaicum dimisit.

Ab Adamo usque ad mortem Josephi ætates sunt XXIII, anni CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CLXXII.

Mosis genus & historia.

Moses etiam Admosis atque Tetimosis appellatus fuit, Abrahami F. nepos Cagathi qui Levis filius fuit. Etenim Levis progenuit Cagathachum, is Abrahamum. hic Jochabedam patrui sui filiam duxit, atque ex ea primum Aaronem, deinde Mosem, tertio, horum sororem Mariam procreavit. Fuit autem de stirpe Levitica Moses, itaque in posteritate Josephi non recensetur. Ab Josephi porro morte usque ad natales Mosis, anni sunt LXV annique isti ccccxxx ab anno LXXV Abrahami usque ad primum annum Mosis complentur. Si vero quadringentos tantum quæris, eos invenies numeratione a centesimo Abrahami anno iosta. Annos enim servitutis quidam XLV supputant a morte Josephi, usque ad LXXI Mosis. Ajunt Mosen, cum esset in lucem editus, a patre fuisse Melchiam nominatum: quæ vox regem significat. Mosis vero nomen postea ei inditum ab aquis, eoque miracula in rubro mari postmodo ab ipso edita fuisse præmonstrata. & patri ipsius, ut erat homo Deo acceptus, quæ de puero futura essent omnia sunt divinitus patefacta. Enimvero omnem Ebræorum masculam prolem interfici jusserat Pharao, quod de insigni quodam sacrarum litterarum perito audivisset, fore ut isto tempore natus puer Ægyptiorum regnum aboleret. Muthidis autem Pharaonis filia, quæ & Phareis dicitur, cum esset regina, hunc Mosem ea aqua extractum comitantibus mulieribus lactandum præbuit: puer omnes eas aversatus est. Ibi Maria pueri soror, quæ cum Muthide agebat, pueroque in aquas abjecto eventum speculabatur, matrem suam Jochabedam veluti alienam vocat, eique præmio promisso puerum educandum mandat. Quem Muthidis adultum Mosis nomine affecit, quod eum ex aqua sustulisset: quin & ob raram formæ venustatem, filium eum sibi adoptavit. Ejus pulcritudine postea temporis Tharbe filia regis Æthiopum capta, Sabbam Æthiopiæ primariam urbem prodidit: qua multo post Cambyses Cyri F. potitus, eam a sorore sua Meroem nominavit. Traditum est, Mosen a matre sua Phareide Pharaoni allatum, eumque rex detractam de suo capite coronam puero ludenti imposuisset, Mosen eam abjecisse, ac pedibus conculcasse. Moses floruit ætate Inachi Peloponnesii. Apud alios scriptum invenio, Inachi, qui primus Argis regnavit, æqualem fuisse Israelum: a quo duodecim tribus constans Judæorum natio orta, atque Israelitica gens denominata fuit. Semiramidis ætate Abrahamum vixisse. Mosen his quidem posteriorem fuisse, omnibus autem qui in Græcorum antiquitate narrantur priorem. Homero inquam, Hesiodo, ipsoque Trojano bello, atque etiam Castoribus, Æsculapio, Baccho, omnibus, Heroibus, tum Mercurio, Apolline, ac cæteris Græcorum diis, mysteriis atque sacris, ipsoque Jove, & omnibus quæ apud Græcos commemorantur rebus gestis. Hopag. 43. rum enim omnium historiam Cecrope recentiorem Græci tradunt. At Mosen præsens comparatio, Cecropis gemini tempestate vixisse demonstrat, qui primus in Attica regnavit, annis ante Ilium CCCL.

Edit. Paris. pag. 42.

Ex Abrahamo & Chettura Jexanus est natus, pater Dadami. Dadamus Ragum: Jothorem, & Jobabum genuit. Jotoris filia fuit Sepphora, quam Moses

A Ὅτι Μωϋσῆς καὶ Ἀδμωσις, καὶ Τίθμωσις ὠνομάζετο, υἱὸς Ἀβράμ, ἔγγονος Καγάθ, υἱοῦ Λευί. ὁ γὰρ Λευὶ ἐγέννησε τὸν Καγάθ, ὁ δὲ τὸν Ἀβράμ. ὁ δὲ τὴν Ἰωχαβὲδ τὴν ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ λαβὼν γυναῖκα, ἐγέννησε πρῶτον Ἀαρών, εἶτα Μωσῆν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν Μαριάμ. ἐκ φυλῆς δὲ Λευὶ ἦν Μωϋσῆς, καὶ διὰ τοῦτο οὐ γενεαλογεῖται μετὰ Ἰωσήφ. ξέ. δὲ ἔτη εἰσὶν ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰωσήφ, ἕως γεννήσεως Μωϋσέως. καὶ πληροῦται τὰ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη ἀπὸ τοῦ οε. ἔτους Ἀβραάμ, ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Μωϋσέως. εἰ δὲ τετρακόσια μόνα ζητεῖς, ἀπὸ τοῦ ἑκατοστοῦ ἔτους Ἀβραὰμ ἀριθμήσας εὑρήσεις. ἀριθμοῦνται γὰρ παρά τισιν τὰ τῆς δουλείας ἔτη ρμε. ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰωσήφ, ἕως πα. ἔτους Μωσέως. λέγουσι δέ, ὡς τοῦ Μωσέως γεννηθέντος Μελχίαν παρὰ τοῦ B πατρὸς κληθῆναι, ὅπερ ἐστὶ βασιλεύς. τὸ δὲ καλεῖσθαι Μωσέα, ἐξ ὑδάτων τοῦτο ἐτέθη ὕστερον, προϊστοροῦν τὰ ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς δι' αὐτοῦ γενόμενα θαύματα. θεοφιλὴς δὲ ὢν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἐχρηματίσθη τὰ κατ' αὐτὸν ἅπαντα. ἀναιρεῖσθαι δὲ προσέταξε Φαραὼ τὰ τῶν Ἑβραίων ἄρρενα, δεινοῦ τινὸς ἱερογραμματέως ἀκούσας προρρῆσαι, εἰπόντος, ὅτι τὸ γενόμενον παιδίον κατὰ τὸν καιρὸν τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἀρχὴν καταλύσει. Μύθιδις δὲ ἡ θυγάτηρ Φαραώ, ἡ καὶ Φαρμὴς, βασιλὶς οὖσα, τοῦτον ἀνελομένη τῶν ὑδάτων, ταῖς συμπορευομέναις γυναιξὶ τοῦτον θηλάζειν ἐπέτρεψεν. αὐτὸς δὲ πάσας ἀπεστράφη. Μαρία δὲ ἡ τούτου ἀδελφὴ τῇ Μύθιδι συνοῦσα, ἥτις καὶ ῥιφέντος Μωσέως ἐσκόπει τὸ ἐκβησόμενον, τὴν ἰδίαν μητέρα Ἰωχαβὲδ λεγομένην καλεῖ ὡς ἀλλοτρίαν, καὶ μισθὸς C ὑποσχεθέντας αὐτῇ τῆς τιθηνίας ἀνατρέφειν δοῦσα, μετὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἀνδρωθέντα, Μωσέα ὀνομάζει· ἐκ τοῦ ὕδατος γάρ (φησιν) αὐτὸν ἀνειλόμην. ὡραιότατον δὲ ὄντα υἱοποιήσατο. τούτου τοῦ κάλλους ἡ Θαρβῆ μετὰ ταῦτα ἡ θυγάτηρ βασιλέως Αἰθιόπων ἐπιθυμήσασα, τὴν Σαββὰ μητρόπολιν Αἰθιοπίας προὔδωκεν· ἣν χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ἑλὼν ὁ Κύρου, Μερόην εἰς ὄνομα τῆς ἀδελφῆς ἐκάλεσε. φασὶ δέ, ὅτι ποτὲ τοῦτον ἡ θετὴ μήτηρ Φαρία τῷ Φαραὼ προσαγαγοῦσα, ἐκεῖνος τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς στέφανον αὐτοῦ τὸν βασιλικὸν ἀφελών, περιέθηκε τῷ Μωσῇ νηπιάζοντι. ὁ δὲ τοῦτον ῥίψας, κατεπάτησεν. ὅτι Μωσῆς ἐν τοῖς χρόνοις Ἰνάχου ἦν ἀκμάζων τοῦ κατὰ Πελοπόννησον. ἐν ἄλλοις δὲ εὕρηται, ὅτι κατὰ μὲν Ἴναχον τὸν πρώτως βασι- D λεύσαντα Ἀργους, Ἰσραὴλ γενόμενος, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλλον τῶν Ἰουδαίων ἔθνος τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπωνυμίας ἠξιώθη. κατὰ δὲ τὴν Σεμίραμιν, τὸν Ἀβραάμ. Μωσέα δὲ τούτων μὲν νεώτερον, τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογουμένων ἁπάντων πρεσβύτατον· Ὁμήρου λέγω, καὶ Ἡσιόδου, καὶ αὐτῶν τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκούρων, Ἀσκληπιοῦ, Διονύσου, ἡρώων τε πάντων, Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλωνος, τῶν τε λοιπῶν παρ' Ἕλλησι θεῶν, μυστηρίων τε καὶ τελετῶν, Διός τε αὐτοῦ, καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι μνημονευομένων πράξεων. τούτων γὰρ ἁπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέραν, καὶ τῆς Κέκροπος ἡλικίας, Ἑλλήνων παῖδες παραδεδώκασι. Μωσέα δὲ ἡ παροῦσα συνεξέτασις κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ γενέσθαι δεί- E κνυσιν, ὃς πρῶτος (ὥς φασι) τῆς Αττικῆς ἐβασίλευσε, πρὸ τν. ἐτῶν τοῦ Ἰλίου.

Ὅτι ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῆς Χεττούρας γεννᾶται Ἰεξάν. ἐκ τούτου Δαδάμ· ἐκ τούτου Ῥαγουὴλ, καὶ Ἰοθὸρ ὁ καὶ Ἰωβάβ. ἐκ δὲ Ἰοθὸρ Σεπφώρα, ἣν ἔγημε Μωϋσῆς, καθὼς ἱστορεῖ Δημήτριος, ὡς φάσκει καὶ

Εὐσέβιος ἐν τῷ χρονικῷ. καὶ Μωσῆς μὲν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕβδομος, ἡ δὲ Σεπφόρα ἕκτη. ὡς δὲ λέγει ὁ Ἀφρικανὸς, ὅτι ἐκ τοῦ Ησαῦ, ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ραγουὴλ γεννᾶται. ἀφ᾽ οὗ Ζαρὲθ, ἐξ οὗ Ἰὼβ, ὃς κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ ὑπὸ διαβόλου ἐπειράσθη, καὶ ἐνίκησε τὸν πειράζοντα. ὁ δέ γε θεῖος Ἀβραὰμ ἐγέννησε πάλιν υἱοὺς ἐκ τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ γυναικὸς Χεττούρας πέντε, ἀφ᾽ ὧν ἐστι Μαδιὰμ, ἐξ οὗ Μαδιανῖται· καὶ Ἀφὰρ, ἐξ οὗ Ἀφρικὴ, ἣν παρῴκησεν, ἡ χώρα προσηγορεύθη παρωνύμως· ὥσπερ Αὐσῖτις ἡ χώρα, ἐκ τοῦ Ησαῦ. ἐν ᾗ ἀνεβλάστησεν ὁ μακάριος καὶ πολύτλας καὶ διαβόητος Ἰὼβ· ὃν ἐγκωμιάζων ὁ θεῖος Χρυσόστομος, λέγει. ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι· καὶ φύτευσιν αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς χώρας· ἵν᾽ ὥσπερ ἀκούσας αὐτὸν ἄνθρωπον, θαυμάζῃς ὅτι ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπολιτεύσατο· οὕτω μαθὼν καὶ τὴν χώραν, ἐξ ἧς ὁ τοιοῦτος καρπὸς ἤνθησεν, ἐκπλαγῇς, ὁποῖον ῥόδον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν ἐβλάστησεν. ἐπίγονος γάρ ἐστι τοῦ διαβαλλομένου Ησαῦ, καθὼς ἡ γραφὴ πέμπτον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ λέγει. Ἀβραὰμ γὰρ (φησὶν) ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ τὸν Ησαῦ, Ησαῦ δὲ τὸν Ραγουὴλ καὶ τὸν Ζαρὰ, Ζαρὰ δὲ τὸν Ἰὼβ, ὃς ἐγένετο ἄνθρωπος σώφρων καὶ σεμνὸς, λέγων οὕτως· εἰ δὲ καὶ ἐπηκολούθησεν ὁ ὀφθαλμός μου γυναικὶ ἀλλοτρίᾳ, καὶ διαθήκην διεθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων τέκνων θυσίας προσῆγε καθ᾽ ἡμέραν, φάσκων, μήποτε κακὰ ἐνενόησαν πρὸς τὸν Θεόν. εἰκότως ἂν ἄρα, καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβὴς, καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ μὲν γὰρ ἔξω φιλόσοφοι τὸν ὅρον δηλοῦντες τοῦ ἀνθρώπου, φασίν. ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν, θνητόν. ἡ δὲ θεία γραφὴ οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ ἄνθρωπός ἐστι θεοσεβὴς, ἄμεμπτος, δίκαιος, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος· ὡς ὅ γε τούτοις μὴ μεμαρτυρημένος, οὐδὲ ἄνθρωπος, ἀλλὰ κτῆνός ἐστιν. ἐὰν γὰρ ἔχῃ τὸν χαρακτῆρα τῆς φύσεως ὑβρίζῃ δὲ αὐτὸν τῇ κακίᾳ τῆς προαιρέσεως, ἀκούσεται παρὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. ὥσπερ τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἀποστέλλοντες υἱὸν ἢ οἰκέτην ἐπί τινα πρᾶξιν, λέγομεν, ὡς ἄνθρωπος ἅψαι τῆς πράξεως. καὶ τὸ κοινὸν ποιούμεθα ἴδιον· οὕτως εἰ καὶ πάντες ἄνθρωποι λέγονται, μόνος ἐκεῖνος ἀληθῶς ἐστιν, ὁ τὴν εἰκόνα σώζων, καὶ τὸ πρωτότυπον μὴ ἀφανίζων. εἶπεν οὖν τὸν Ἰὼβ ἄνθρωπον, καὶ ἀπὸ τῆς Αὐσίτιδος χώρας, ἵν᾽ ὡς ἐκ τῆς κομώσης γῆς τὴν ἀσέβειαν, τὸν καρπὸν ἀνυμνήσῃς. ὃν ὁ ἀρχίκακος ὁρῶν, καὶ τῷ φθόνῳ βαλλόμενος, αἰτεῖται παρὰ Θεοῦ τὴν κατὰ τοῦ δικαίου πειρασμόν. ἵνα σὺ θάρσος λάβῃς, καὶ μάθῃς, ὅπως οὐκ ἔχει ἐξουσίαν δαίμων κατὰ θεοσεβοῦς καὶ ὄντως Χριστιανοῦ καὶ φοβουμένου τὸν Θεὸν, ἐὰν μὴ ἐπιτραπῇ ἄνωθεν γένηται, ἢ διὰ παιδείαν, ἢ διὰ συγχώρησιν. ὅταν γὰρ ἐπάγῃ ὁ Θεὸς παιδευτήρια, ἢ δίκας ἀπαιτεῖ τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ τὴν ἀρετὴν γυμνάζει τῶν θείων κατορθωμάτων. οὐ γὰρ ἐδυνήθη πολεμῆσαι τῷ Ἰὼβ, ὡς ἐπιτρέπει. καὶ μὴ θαυμάσῃς· οὐδὲ γὰρ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχει, καθὼς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἀκούσας. οἱ μὲν ὅσιοι θεῖοι ἄγγελοι, διακονοῦσι ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων σωτηρίαις· πάντες γὰρ, φησὶ, λειτουργικὰ πνεύματά εἰσιν, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· οἱ δὲ πονηροὶ δαίμονες, ταῖς κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρί-

Θαυμάσειε δ' ἄν τις, καὶ μάλα εἰκότως, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ θεσπεσίου Μωϋσέως, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, πῶς ἑκάτερος αὐτῶν τοσαύτης πάλαι θείας δόξης καὶ προμηθείας ἀξιωθεὶς, ὕστερον ὁ μὲν εἰς ἀγανάκτησιν καὶ λύπην τὸν Θεὸν κινήσας, τῆς ἐπαγγελίας ἐξέπεσεν· ὁ δὲ εἰς ὀργὴν καὶ θυμὸν ἐγείρας αὐτὸν, τούς τε προειργασμένους ἀρίστους πόνους ἄρδην ἐζημίωτο, καὶ τὴν ψυχὴν προσαπώλεσε. ποῦ γὰρ ἡ τοιαύτη πρὸς Θεὸν οἰκείωσις καὶ παῤῥησία, καὶ οἱ τοσοῦτοι καὶ τηλικοῦτοι πόνοι καὶ κόποι, καὶ ἀγῶνες τοῦ θεσπεσίου Μωϋσέως; εἴπερ ὡς διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας ἁμαρτίαν παρεωράθησαν, καὶ τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσόδου, ἀθρόως ὁ δίκαιος καὶ ἀσυγχωρήτως ἀπεστέρητο, καθὼς καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται. ποῦ δὲ καὶ ἡ πρὸς τὸν Σολομῶντα θεία φιλοστοργία, καὶ ἡ τοσαύτη χάρις τε καὶ σοφία; καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς πολλῆς ἐκείνης φρονήσεως καὶ συνέσεως; καὶ ἡ προλαβοῦσα τοιαύτη νηφαλιωτάτη ἔννοια, καὶ θεολογία, καὶ φυσιολογία; ἔσχατον ἐκ γυναικομανίας εἰς εἰδωλομανίαν ἐκπεπτωκότος, ὡς σαφῶς δεδήλωται. τῷ ὄντι γὰρ οὐδὲν ὄφελος, ἐναρξάμενον πνεύματι, σαρκὶ ἐπιτελέσαι. ἕως μὲν γὰρ ἀπήλαυε Σολομὼν τῆς ἄνωθεν προμηθείας, ἐν εἰρήνῃ καὶ γαλήνῃ διῆγε, πάντας ἔχων ὑποκειμένους, καθὼς προείρηται, καὶ δασμὸν κομίζοντας ὅτι μάλιστα. ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐγυμνώθη, τοῖς δυσμενέσιν εὐεπιχείρητος γέγονε. ἀληθῶς ὄντως φοβερὸν, τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. ὥσπερ γὰρ ὁ ἔλεος ἄῤῥητος, οὕτω καὶ ἡ κόλασις ἀνυπόστατος. ὅτι δὲ τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευσε, καταλείψας τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Δαβὶδ, δῆλον ἐξ ὧν καὶ Ἀχίας ὁ προφήτης ἔφη πρὸς τὸν Ἱεροβοάμ. Τάδε λέγει Κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ ῥήσσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶντος, καὶ δώσω σοι τὰ δέκα σκῆπτρα (καὶ δύο σκῆπτρα δώσω αὐτῷ διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου, καὶ Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν μου, ἣν ἐξελεξάμην ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν Ἰσραὴλ) ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπέ με, καὶ ἐδούλευσε τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων, καὶ τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωὰβ, καὶ τῷ Μελχὼμ προσοχθίσματι υἱῶν Ἀμμὼν, * καὶ γυναῖκας ἀλλοτρίας πολλάς. καὶ ἔτι ἔλαβε τὴν θυγατέρα Φαραὼ ἐκ τῶν ἐθνῶν. ὧν ἀπεῖπε Κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὐκ εἰσελεύσεσθε ἐν αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἐκκλίνωσι τὰς καρδίας ὑμῶν ὀπίσω τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ ἔκλιναν αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν καιρῷ γήρους αὐτοῦ, ὀπίσω τῶν θεῶν αὐτῶν. καὶ ᾠκοδόμησεν ὑψηλὸν τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωὰβ ἐν τῷ ὄρει, ἐπὶ προσώπου Ἱερουσαλὴμ· καὶ τῷ Μελχὼμ εἰδώλῳ υἱῶν Ἀμμὼν, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων· καὶ οὕτως ἐποίησε πάσαις ταῖς γυναιξὶν αὐτοῦ ταῖς ἀλλοτρίαις, αἳ ἐθυμίων καὶ ἔθυον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. καὶ ὠργίσθη Κύριος τῷ Σολομῶντι, καὶ εἶπεν· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφύλαξας τὰ προστάγματά μου, ἃ ἐνετειλάμην σοι,

A rum : itemque propter Hierosolyma, urbem a se delectam. Excitavitque Deus Solomoni adversarium, Adarem Idumæum, atque Hedraazarem regem Subensem, qui Israelicos infestaverunt, quamdiu vixit Solomon. Mortuus est anno ætatis LXXIII, inque sepulcro patris depositus. Sub eo Homerus fuit, ac Hesiodus.

Miretur aliquis optimo jure, quid causæ fuerit, quod & divinissimus Moses, & hic sapientissimus Solomon, cum utrumque eorum ante Deus tanto honore atque procuratione dignatus fuisset: tandem tamen alter, Dei indignatione atque dolore excitato, promissæ sibi rei impos factus est: alter, cum irritasset Deum præmio priorum, eorumque optimorum la-
B borum mulctatus, animam quoque insuper perdidit. Quorsum enim reciderunt tanta cum Deo familiaritas, tanta in eo compellando libertas, tot tantique labores, ac tam gravia & multa certamina divini Mosis? quæ omnia ob peccatum apud aquam jurgii admissum, posthabita sunt: atque ipse introitu in promissam terram, homo justus, prorsus & irretractabili sententia privatus fuit, uti supra est commemoratum. Quorsum Dei erga Solomonem amor tantus, tantaque gratia & sapientia? quid tam ingens prudentia atque intelligentia profuit, ac sobriissima divinarum humanarumque rerum consideratio & cognitio? cum se ad extremum ex insano mulierum amore ad impios falsorum deorum cultus sit prolapsus? sicuti demonstravimus. (Ni- Galat. 3.
C mirum revera non prodest spiritu cœpisse, ubi carne absolvere velis.) Quippe Solomon, quamdiu divinæ providentiæ commodis fretus fuit, eatenus pacatam ac tranquillam vitam egit, omnes (ut diximus) subditos ac stipendiarios habens. Destitutus ab ea, facilis vexatu hostibus fuit. Adeo verum est, terribile esse in manus Dei incidere viventis: cujus ut ineffabilis est misericordia, ita & intolerabiles sunt pœnæ. Porro autem in promptu est, Solomonem derelicto vero Deo patris sui Davidi, simulacris divinum detulisse honorem: cum hæc sint verba Achiæ vatis ad Jeroboamum. (Ecce ego abrumpo regnum ex manu Solomonis. Tibi decem tribus dabo: duas ipsi relinquam, in gratiam Davidi servi mei,
D ac Hierosolymorum urbis meæ, quam de omnibus Israelicis tribubus mihi delegi. Causa est, quod me spreto, Astartam Sidoniorum, Chamosum Moabitarum, & Melchomum Ammonitarum abominanda simulacra divino cultu honoravit.) Duxit autem Solomon uxores multas alienigenas, & tandem etiam Pharaonis filiam: nuptiis contractis cum gentibus, quarum affinitatibus & necessitudine Deus interdixerat ob hanc rem, ne eæ Israelicorum animos ea occasione a Deo ad simulacrorum impium cultum abducerent. Quod quidem Solomoni provecta jam ætate a suis uxoribus acci-
E dit, adeo ut Chamoso delubrum extrueret sublime in monte è regione Hierosolymæ: itemque Melchomo & Astartæ, Moabitarum, Ammonitarum & Sidoniorum detestandis simulacris: atque eodem modo singulis suis peregrinis uxoribus est gratificatus, simulacra sua adolendo & sacrificando colentibus. Iratus itaque Deus Solo-

Magnorum virorum lapsus.

Ebr. 10.

Edit. Paris. pag. 98.

3. Reg. 11.

moni, dixit: (Quando is præcepta sua non observasset, se vicissim regnum ei de manibus erepturum, servo ipsius traditurum: tametsi hoc ipso vivo non esset facturus, neque totum regnum ablaturus, sed unam tribum posteris ejus daturus, Davidi causa servi sui, & electæ a se urbis. Vita functo Davidi, sepulchrum Solomon apud Siloamum ædificavit, totum in specus formam effectum, ne esset conspicuum. Et cum patre eum ibi defodisse multa talentorum auri millia, Josephus scribit. Ibidem & Solomon obita morte sepultus est.

Sepulchrum Davidi.

Perhibent postea temporis Hyrcanum pontificem, cum urbs obsidione premeretur, aperto monumento auri talenta ter mille inde exportasse. Post hunc Herodem idem tentantem, pecuniæ nihil invenisse, sed aurea ornamenta atque reposita donaria permulta abstulisse: interiusque penetrare aggressum, igni fuisse prohibitum.

Roboami & Jeroboami regnum. 3. Reg. 12.

Solomoni Roboamus successit. Eum, cum ad comitia populi regem ipsum declaraturi Sichemam venisset, populus rogavit, uti jugum, quod eis pater ipsius aggravasset, levaret, ita se paratos esse ad serviendum ipsi. Roboamus discedere populo, atque triduo post ad accipiendum responsum redire jusso, populi postulata cum senibus communicavit. Ii consuluerunt, uti populo morem gereret, ita eum sub se perpetuo habiturum. Consulti etiam a rege adolescentuli, quos circum se habere solebat, hortati eum sunt ut populo sic responderet: Tenuissimam sui corporis partem crassiorem lumbis paternis esse, patrem ipsis grave jugum imposuisse: at se id porro quoque aggravaturum. patrem in ipsis castigandis usum fuisse flagellis, se scorpios ad hoc adhibiturum. Hoc adolescentulorum consilium probavit Roboamus, itaque omnino respondit populo Sichemam reverso. Ad hæc populus uno ore protestatus est, nihil porro sibi cum Davido & Jessæ prole commune, Israelicos in suum quemque tabernaculum abire, ipsum Davidum suam domum pascere ac gubernare debere. Hoc modo Solomonis regnum scissum est. Nam Roboamo duæ tantum tribus, Judæ & Beniamini, adhæserunt: reliquæ omnes Jeroboamum Nabati F. regem sibi constituerunt. Regia Roboami fuit Hierosolymis: & multitudo regno ejus subdita, Judas appellabatur, ac domus Davidica, nomine a tribu præstantiore sumpto. At Jeroboamus regni caput habuit Samariam, regiam Tharsæ, populus quam regebat Israelus, ob multitudinem: & Ephraimus, ob regni tribum nuncupabatur.

Edit. Paris. pag. 99.

3. Reg. 13.

Decimaquinta die octavi mensis Jeroboamus Bethelam adscendit, ad aram quam extruxerat ut buculis, quas fuderat, rem sacram faceret, constituitque sacerdotes, qui in editis locis sacrificarent, a se consecratis.

Vaticinium de Josia.

Ecce autem ex Juda quidam divinus homo mandato Dei instructus Bethelam advenit. Is, cum Jeroboamus altari suo sacrificandi gratia adstaret, ita divino instinctu altare est affatus: (Altare altare, hoc tibi denunciat Deus, in domo Davidi nasciturum puerum, Josiam nomine, qui sacrificulos editorum locorum super te adolere solitos, tibi impositos mactabit, ac supra te hominum ossa accen-

A διαῤῥήσσων διαῤῥήξω τὴν βασιλείαν σου ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου· πλὴν ἐν ταῖς ἡμέραις σου οὐ ποιήσω ταῦτα, οὐδὲ ὅλην τὴν βασιλείαν λήψομαι· σκῆπτρον ἓν δώσω σοι διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου, καὶ διὰ τὴν πόλιν ἣν ἐξελεξάμην. ἀποθανόντι δὲ τῷ Δαβὶδ, ἐποίησε Σολομὼν μνημεῖον παρὰ τῷ Σιλωὰμ ἀντρῶδες διὰ βάθους, πρὸς τὸ μὴ ὁρᾶσθαι μεμηχανημένον. συγκατώρυξε δὲ τῷ πατρὶ καὶ χρυσίου πολλὰς μυριάδας, ὡς Ἰώσηπός φησιν. ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Σολομὼν ἀποθανὼν ἐτάφη. φασὶ δὲ, καὶ Ὑρκανὸν ὕστερον τὸν ἱερέα, τῆς πόλεως πολιορκουμένης, ἀνοῖξαι τὸ μνημεῖον, καὶ χρυσοῦ τρισχίλια τάλαντα ἐκεῖθεν ἐκφορῆσαι. ἀλλὰ καὶ Ἡρώδην μετ' αὐτὸν, ἀνοῖξαι μὲν τὸν τάφον, χρήματα B δὲ μὴ εὑρεῖν. κόσμον δὲ χρυσοῦν, καὶ κειμήλια πάμπολλα τοῦτον ἀνελέσθαι ἱστοροῦσι. πειραθέντα δὲ καὶ ἐνδοτέρω χωρεῖν, πυρὶ ἐπισχεθῆναι. ἀποθανόντος δὲ τοῦ Σολομῶντος, Ῥοβοὰμ τὴν βασιλείαν διαδέχεται. καὶ αὐτὸς ἀπῆλθεν εἰς Σίκιμα, ὅτι ἐκεῖ πᾶς Ἰσραὴλ ἀπήεσαν τοῦ βασιλεῦσαι αὐτόν. καὶ ἐλάλησεν ὁ λαὸς πρὸς Ῥοβοὰμ, ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν κλοιὸν ἡμῶν. καὶ σὺ νῦν κούφισον, καὶ δουλεύσομέν σοι. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, ἀπέλθετε ἕως ἡμερῶν τριῶν καὶ ἀναστρέψατε, καὶ λαλήσω ὑμῖν. καὶ ἀπήγγειλε Ῥοβοὰμ τοῖς πρεσβυτέροις τὸ ῥῆμα τοῦ λαοῦ. καὶ αὐτοὶ εἶπον· ὡς ἠτήσαντό σε ποιήσεις, καὶ αὐτοὶ δοῦλοί σου πάσας τὰς ἡμέρας. καὶ συνεβουλεύσατο μετὰ τῶν παιδαρίων τῶν παρεστώτων αὐτῷ περὶ τούτου, καὶ C αὐτοὶ εἶπον· λάλησον τῷ λαῷ οὕτως. ἡ μικρότης μου παχυτέρα ἐστὶ τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου. ὁ πατήρ μου ἐπέταξεν ὑμᾶς ἐν κλοιῷ βαρεῖ, ἐγὼ προσθήσω ἐπὶ τῷ κλοιῷ αὐτοῦ· ὁ πατήρ μου ἐπαίδευσεν ὑμᾶς ἐν μάστιξιν, ἐγὼ παιδεύσω ὑμᾶς ἐν σκορπίοις. ταύτην τὴν βουλὴν τῶν παιδαρίων εἶπε Ῥοβοὰμ ὑποστρέψαντι τῷ Ἰσραήλ. καὶ ἀπεκρίθη πᾶς ὁ λαός. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἔτι μερὶς ἐν Δαβὶδ, οὐδὲ κληρονομία ἐν υἱῷ Ἰεσσαί. ἀπότρεχε Ἰσραὴλ εἰς τὰ σκηνώματά σου, βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαβὶδ, καὶ κρῖνε. καὶ διεμερίσθη ἡ βασιλεία Σολομῶντος· καὶ αὐτῷ μὲν τῷ Ῥοβοὰμ ἡ ἐξ Ἰούδα παραμένει φυλὴ, καὶ ἡ τοῦ Βενιαμίν· αἱ δὲ λοιπαὶ δέκα φυλαὶ, Ἱεροβοὰμ τὸν τοῦ Ναβὰτ προεστήσαν- D το βασιλέα. ἦν μὲν τῷ Ῥοβοὰμ τῆς βασιλείας ὁ οἶκος ἐν Ἱερουσαλήμ. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ὑπ' αὐτὸν τεταγμένον πλῆθος Ἰούδας, καὶ ὁ οἶκος Δαβὶδ, ἐκ τῆς ἐπικρατεστέρας φυλῆς εἰληφὼς τὴν προσηγορίαν. τοῦ δὲ Ἱεροβοὰμ, Σαμάρεια ἡ μητρόπολις· ὁ δὲ τῆς βασιλείας οἶκος, ἐν Θαρσᾶ· ὄνομα δὲ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ Ἰσραὴλ, διὰ τὸ πλῆθος· καὶ Ἐφραὶμ, διὰ τὴν τῆς βασιλείας φυλήν. κατὰ δὲ τὸν * ὄγδοον μῆνα, ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ἀνέβη Ἱεροβοὰμ ἐν Βεθὴλ, εἰς τὸ θυσιαστήριον ὃ ἐποίησε τοῦ θύειν ταῖς δαμάλεσιν αἷς ἐχώνευσε· καὶ παρέστησε τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, οὓς αὐτὸς κατέστησεν ἐν αὐτοῖς. καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπος τοῦ E Θεοῦ παρεγένετο ἐν Βεθὴλ, ἐν λόγῳ Κυρίου ἐξ Ἰούδα· καὶ Ἱεροβοὰμ εἱστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ, τοῦ θῦσαι. καὶ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὸ θυσιαστήριον, ἐν λόγῳ Κυρίου· θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει Κύριος· ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ. καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν τῶν θυόντων εἰς σὲ, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων καύσει ἐπὶ σέ. καὶ ἔδωκεν εὐθὺς τέρας, λέγων. ἰδοὺ τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται,

* codex habebat πεντηκοστόν.

ται, καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ οὖσα ἐπ' αὐτῷ. καὶ (A) ὡς ἤκουσεν Ιεροβοὰμ, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ, συλλαβέσθαι αὐτόν. καὶ ἰδοὺ ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐρράγη, καὶ ἡ πιότης αὐτοῦ ἐξεχύθη. καὶ εἶπεν Ιεροβοάμ· δεήθητι τοῦ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ ἐπιστρεψάτω ἡ χείρ μου πρός με. καὶ ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐγένετο ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιής. καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἀπὸ προσώπου Ιεροβοάμ. ἦν δέ τις ἄλλος ψευδοπροφήτης, κατοικῶν ἐν Βεθὴλ, πρεσβύτης· καὶ μαθὼν ὅσα ἐποίησεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ· καὶ εὗρεν αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ δρυῒ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· δεῦρο μετ' ἐμοῦ, καὶ φάγε ἄρτον. καὶ εἶπεν, οὐ φάγομαι ἄρτον, οὐδὲ πίομαι ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὅτι Κύριος (B) ἐνετείλατό μοι οὕτω, καὶ εἶπε· κἀγὼ προφήτης εἰμὶ, καθὼς σὺ, καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐλάλησέ μοι τοῦ ἐπιστρέψαι σε, καὶ φαγεῖν ἄρτον. καὶ ἠπάτησεν αὐτὸν, καὶ ὑπέστρεψε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔπιε. γίνεται οὖν λόγος Κυρίου πρὸς τὸν ψευδοπροφήτην, τὸν ἀποστρέψαντα αὐτὸν, καὶ εἶπε πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ· τάδε λέγει Κύριος· ἀνθ' ὧν παρέβης τὸν νόμον Κυρίου, καὶ ἐπέστρεψας, καὶ ἔφαγες καὶ ἔπιες ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, οὐ μὴ εἰσέλθῃ τὸ σῶμά σου εἰς τὸν τάφον τῶν πατέρων σου. ἐξελθόντα δὲ λέων συναντήσας ἐθανάτωσεν αὐτόν. Ιεροβοὰμ δὲ οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ.

Τῷ λή. ἔτει τοῦ Ασὰ βασιλέως Ιούδα, ἐβασίλευσεν (C) Αχαὰβ, ὁ πάντων βασιλέων πονηρότατος ἐν Ισραὴλ, ὃς θυσιαστήριον ἔστησεν τῷ Βάαλ· οὗτος εἶχε γυναῖκα τὴν Ιεζάβελ. ἐπὶ τούτου ὁ Αχιὴλ ὁ Βεθηλίτης ᾠκοδόμησε τὴν Ιεριχώ. ἐν τῷ Αχιὰ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐν Σεγοὺβ τῷ νεωτέρῳ ἐπέστησε τὰς θύρας αὐτῆς· κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου, ὃ ἐλάλησεν ἐν χειρὶ Ιησοῦ τοῦ υἱοῦ Ναυῆ. τότε καὶ ὁ προφήτης Ηλίας εἶπε πρὸς Αχαάβ· ζῇ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα δρόσος ἢ ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου. καὶ ἐπορεύθη κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐν λόγῳ Κυρίου, καὶ ἐκρύβη ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Χοραθ, τῷ ἐπὶ προσώπου τοῦ Ιορδάνου, καὶ ἔπιεν ὕδωρ ἐκεῖθεν· καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ κρέας πρωῒ, καὶ τὸ δείλης ἄρτον. τοῦ (D) χειμάῤῥου δὲ τῇ ἀνομβρίᾳ ξηρανθέντος, διὰ λόγου Κυρίου ἔρχεται εἰς Σάρεφθα· καὶ χήρᾳ γυναικὶ ἐπιξενωθεὶς, ἤσθιεν αὐτός τε καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ ἡ δρὰξ τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐξέλιπεν, οὐδὲ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου ἠλαττονήθη, ἕως οὗ διελύθη ὁ λιμός. ταύτης καὶ τὸν υἱὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ὃν φασί τινες εἶναι Ιωνᾶν τὸν προφήτην. τότε καὶ τὴν θυσίαν ἐποίησεν, ἐν ᾗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν, κατέκαυσε τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς. ἐκεῖ καὶ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βὴλ, καὶ τοὺς προφήτας ἔσφαξεν υν΄. καὶ ὑετὸν κατήνεγκεν. Ιεζάβελ δὲ τοῦτο μαθοῦσα, προσηπείλησεν αὐτῷ· καὶ ἔφυγεν Η- (E) λίας ἀπὸ προσώπου Ιεζάβελ, ὁδὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα. μόνος δὲ Αβδιοὺ ἐκ νέας ἡλικίας προφήτης γέγονε, δι' εὐσέβειαν, ἀπὸ προφητῶν μὴ γενεαλογούμενος. ἦν δὲ τοῦ Αχαὰβ οἰκονόμος, ἐν κρυπτῷ σεβόμενος τὸν Θεὸν Ισραήλ. οὗτος καὶ ἑκατὸν προφήτας ἐν δυσὶ σπηλαίοις κρύψας, διὰ τὸν φόβον Ιεζάβελ (ἀπέκτεινε γὰρ αὐτοὺς) ἄρτῳ καὶ ὕδατι ἔθρεψεν, ἕως ἦλθεν ὁ λιμός. ταῦτα
Cedren.

(A) det. Et fatum prodigio ut confirmaret: En, ait, altare rumpetur, atque effundetur qui est ei impositus adeps.) Hæc audiens Jeroboamus, manum suam hominis apprehendendi causa extendit: quæ subito exaruit, simulque ara rupta adeps effusus est. Tum Jeroboamus vatem oravit, uti Deum pro se deprecaretur, uti sibi sua manus in integrum restitueretur. quo facto, vates, & sanata manu, ex conspectu regis abiit. Erat alius impostor quidam vatis nomine, senex Bethelæ habitans. Is, cum audivisset quæ a divino homine acta erant, eum persecutus est: inventumque sub quercu sedentem, hortatus est ut secum reverteret, ac cibum sumeret. Divinus vero id abnuere, quod sibi interdictu Dei eo loci neque edere neque (B) bibere permitti diceret. Ibi impostor ille, se quoque, perinde atque ipsum, esse vatem: angelumque Dei sibi mandasse, ut ipsi retracto cibum daret. Eo mendacio divinum permovit, ut secum reversus ederet atque biberet. Tum impostor, Dei instincta vati denunciavit: Quandoqaidem contra Dei mandatum reversus eo loci cibum ac potum sumpsisset, cadaver ipsius in sepulcro majorum suorum non iri conditum. Atque egressum inde divinum, leo obviam factus interfecit. Interim Jeroboamus a malitia non discessit.

Vates, quod Dei mandato non steterit, punitur.

Edit. Paris. pag. 100.

Trigesimo octavo anno Asæ regis (C) Judæ, regnum Israelicum tenuit Achabus, omnium regum deterrimus. Is Baali aram statuit. Uxorem habuit Jezabelam. Ejus tempore Achiel Bethelita Jerichuntem instauravit. cujus cum fundamenta poneret, primogenitum filium suum Achiam perdidit: ac minimum natu Segubum, cum portas aptaret. ita enim sote, Deus per Josuam Navæ F. prædixerat. Tunc etiam Elias vates Achabo dixit: (Ita vivit Deus cælestium exercituum imperator, ante quem adstiti, ut per hos annos neque ros neque pluvia in terram cadet, nisi me edicente.) Ivitque Elias versus ortum solis, Dei verbo instructus: delituitque ad torrentem Choratum, qui est e regione Jordanis, & ejus aquam bibit: corvique mane carnes, vesperi panem ei (D) attulerunt. Cum vero torrens pluviarum defectu exaruisset, jussu Dei Sarephtam ivit. ibi hospitio usus viduæ mulieris, ipse cum ea & ejus liberis toto illo tempore cibum sumpsit, dum sterilitas ac penuria finirentur: cum interim neque farina cadi, neque oleum trullæ deficerent. Hujus etiam viduæ filium mortuum in vitam revocavit: quem Jonam vatem illum fuisse autumant. Tunc & sacrificium Elias peregit: ad quod cælitus ignis delapsus hostiam, aquam, & pulverem terræ consumpsit. Ibi & Beli sacerdotes ac vates jugulavit ꟾↄ CCCL. & pluviam devocavit. Jezabela, re comperta, gravi- (E) ter minata Eliæ est. Quam ille fugiens, iter XL dierum profectus est. Solus Abdias jam inde ab adolescentia vates extitit, genus a vatibus non ducens. quod ei ob pietatem evenit. Cum enim esset procurator Achabi domesticus, Deum Israelicum occulte venerabatur: ac c vates metu Jezabelæ (mortem enim ea omnibus machinabatur vatibus Dei) in duas speluncas abdiderat, ibique usque ad famis exitum pane & aqua

3. Reg. 16. Josue 6.

3. Reg. 17.

Jonas.

pag. 101.

eos alebat. Eadem tempestate Elias jussu Dei Elisæum unctione vatem inaugurat, eum in eum incidisset duodecim jugis boum arantem. Elisæus statim mactatis bobus, instrumentis aratoriis accensis, percoctam eorum carnem populo vescendam præbet: atque ipse Eliam sectatur, & ei administrat. Porro Achabus cum filium Aderi regem Syriæ cepisset, donatum dimisit. Ergo quidam ex vatum familia Michæas nomine, alteri cuidam Dei instinctu dixit: Feri me. quod cum ille detrectaret, denunciavit ei, quod mandato Dei non esset obsecutus, ideo eum egressum a leone cæsum iri. atque ita factum est. Alius deinde vati, jussu ipsius plagas & vulnera imposuit. Inde vates fascia vultu obligato, qua rex Israelicorum transiturus erat constitit: eoque prætereunte alta voce questus est, se regium servum in bellum profectum, alium quemdam ad se virum adduxisse, ejusque sibi custodiam mandasse ea lege, ut si is vir aufugisset, pro eo vitam suam aut argenti talenta penderet. Se hac illac circumspiciente, interim virum fuga se proripuisse. Respondit rex, eum de seipso sententiam tulisse: esseque suo arbitratu homicidii sontem. Tum vates propere fasciam a facie removit, agnitusque unus de vatibus esse, ita locutus est: Sic ait Dominus regi. (Quia tu virum perniciei destinatum ea manibus tuis dimisisti, ecce tibi, vita tua pro vita ipsius, populusque tuus pro populo ejus luet.) Abiit ergo Achabus animi æger, atque flens. Secundum hæc Achabus vineam Nabothi Israelitæ, contiguam areæ regis, vel permutatione alterius vineæ, vel soluto pretio suam facere cupiebat. At vero Nabothus pernegare, se suum patrimonium cuiquam addicturum. Quæ res cum dolorem intulisset Achabo, Jezabela eo cognito, ad seniores urbis litteras dat, mandans uti Nabothum quæsita occasione facti interficiant. Ii conficta adversus eum calumnia, quasi regem execratus esset, hominem trucidant, vineam Achabus occupat. Hunc Elias aggressus, ita compellavit. Hæc dicit Dominus: Tu homicidio perpetrato, alienam possessionem invasisti. iccirco, quo loco sanguinem Nabothi sues & canes linxerunt, eodem & canes sanguinem tuum lambent, & in eo scorta lavabunt: ac Jezabelam canes vorabunt ante muros Jezraelenses. Exitus hoc vaticinium comprobavit. Nam Achabus cum Josaphato rege Judæ egressus in prælium contra regem Syriæ, sagitta jecur ictus, Samariam rediit, ibique mortuus est: & cum sanguis ejus elueretur apud fontem Samariæ, eum sues & canes linxerunt, paulumque infra meretrices in ejus sanguine lavarunt. Jezabela etiam de muro dejecta, canibus escæ fuit, sicuti Deus fatus fuerat. Ochozias Achabi F. regnum in Israelicos tenuit biennium. Is cum ægrotaret, nuncios misit Accaronem, qui ex deo principe muscarum quærerent, an valetudinem ex morbo suo esset recepturus. Iis Elias occurrit, ac reversi Ochoziæ nunciarunt, hominem ipsis hirsutum obviam factum, cinctu pelliceo: eum jussisse ut ad eum qui miserat redirent, eique nunciarent, Deum ita fari: (Eum, scilicet quod in

3 Reg. 19.

3 Reg. 20. Achabus.

3 Reg. 21.

Edit. Paris. pag. 102.

4 Reg. 1. Idololatria.

A καὶ Ἠλίας ἐν λόγῳ Κυρίου χρίει Ἐλισαιὲ εἰς προφήτην· εὑρίσκει γὰρ αὐτὸν ἀροτριῶντα ἐν δώδεκα ζεύγεσι βοῶν. καὶ εὐθὺς θύει μὲν τοὺς βόας, ἐν δὲ τοῖς σκεύεσιν ἀνάπτει πῦρ, καὶ ἑψήσας δίδωσι τῷ λαῷ φαγεῖν. καὶ αὐτὸς ἀπῆλθεν ὀπίσω Ἠλιοῦ, καὶ διηκόνει αὐτῷ. Ἀχαὰβ κρατήσας τὸν υἱὸν Ἄδερ τῆς Συρίας, ἀπέλυσεν αὐτὸν μετὰ δώρων. καὶ ἄνθρωπός τις ἐκ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν Μιχαίας ὄνομα, εἶπε πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἐν λόγῳ Κυρίου· πάταξόν με· καὶ οὐκ ἠθέλησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνθ' ὧν οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς Κυρίου, καὶ ἰδοὺ σὺ ἀποτρέχεις ἔξω, καὶ πατάξει σε λέων· ὅπερ καὶ γέγονε. καὶ εἶπε πρὸς ἄλλον, καὶ ἐπάταξεν αὐτόν, καὶ συνετρίβη. B καὶ καταδησάμενος ὁ προφήτης τελαμῶνα τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ παρεπορεύετο, καὶ αὐτὸς ἐβόα· ὁ δοῦλός σου ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν στρατιὰν τοῦ πολέμου, καὶ ἀνὴρ εἰσῆγεν ἄνδρα πρός με λέγων· φύλαξόν μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον. ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ, ἡ ψυχή σου ἔσται ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ τάλαντα ἀργυρίου στήσεις, καὶ ἐγένετο, ὡς περιεβλέπετο ὁ δοῦλός σου ὧδε καὶ ὧδε, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν. καὶ εἶπεν Ἀχαάβ, ἰδοὺ δικαστής σου, καὶ τὰ ἔνεδρα παρ' ἐμοί. ἐφόνευσας. καὶ σπεύσας ὁ προφήτης, ἀφεῖλε τὸν τελαμῶνα ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. καὶ ἐγνώσθη ὅτι ἐκ τῶν προφητῶν ἐστὶν οὗτος, καὶ εἶπε. τάδε λέγει Κύριος· διότι ἐξήγαγες σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ χειρός μου, ἰδοὺ ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. C καὶ ἀπῆλθεν Ἀχαὰβ ἐκλελυμένος, καὶ κλαίων. ἀμπελὼν εἷς ἦν Ναβουθαὶ τῷ Ἰεζραηλίτῃ παρὰ τὴν ἅλω τοῦ Ἀχαάβ, ὃν ἐζήτει λαβεῖν Ἀχαάβ, καὶ δοῦναι ἢ ἕτερον ἀμπελῶνα, ἢ τὴν τιμὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ εἶπε· μὴ γένοιτό μοι, δοῦναι τινὶ τὴν κληρονομίαν τῶν πατέρων μου. Λυπηθέντος δὲ Ἀχαάβ, ὡς ἤκουσεν Ἰεζάβελ, γράφει πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους τοὺς ἐν τῇ πόλει, διὰ προφάσεως ἀποκτεῖναι αὐτόν. οἱ δὲ συκοφαντοῦσιν αὐτόν, ὡς καταράσατο τοῦ βασιλέως, καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν, καὶ κληρονομεῖ Ἀχαὰβ τὸν ἀμπελῶνα. καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν Ἠλιοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· τάδε λέγει Κύριος· ὡς σὺ ἐφόνευσας καὶ ἐκληρονόμησας, διὰ τοῦτο ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἔλειξαν D οἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα Ναβουθαί, ἐκεῖ λείξουσιν οἱ κύνες τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου· καὶ τὴν Ἰεζάβελ καταφάγονται οἱ κύνες, ἐν τῷ προτειχίσματι Ἰεζραήλ. ὅπερ καὶ γέγονε. ἐξελθὼν γὰρ μετὰ βασιλέως Ἰούδα Ἰωσαφὰτ πολεμῆσαι τὸν βασιλέα Συρίας, τοξεύεται κατὰ τοῦ ἥπατος, καὶ ὑποστρέφει πρὸς Σαμάρειαν, αὐτὸς δὲ τελευτᾷ· τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ ἀπονίπτουσιν ἐπὶ τῆς κρήνης Σαμαρείας, καὶ ἐξέλειξαν οἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα αὐτοῦ. μικρὸν δὲ κάτωθεν αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. καὶ Ἰεζάβελ ἀπὸ τοῦ τείχους πεσοῦσα, τοῖς κυσὶ κατάβρωμα γέγονε, κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου. Ὀχοζίας E υἱὸς Ἀχαάβ, κρατεῖ τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη δύο. οὗτος ἀρρωστήσας, καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους ἐπερωτῆσαι ἐν τῷ Βαὰλ μυιῶν θεὸν Ἀκκαρών, εἰ ζήσεται ἐκ τῆς ἀρρωστίας αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ Ἠλίας συνήντησεν αὐτοῖς. καὶ ἀποστραφέντες εἶπον τῷ Ὀχοζίᾳ· ἀνὴρ δασὺς συνήντησεν ἡμῖν, καὶ ζώνη δερματίνη ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀποστράφητε πρὸς τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς, καὶ εἴπατε αὐτῷ· τάδε λέγει Κύριος· διὰ τὸ

A μὴ εἶναι Θεὸν ἐν Ἰσραὴλ, σὺ πορεύῃ ἐπερωτῆσαι ἐν τῇ Βάαλ. οὐχ οὕτως. ἡ κλίνη ἐφ' ἧς ἀνέβης, οὐ καταβήσῃ ἀπ' αὐτῆς. καὶ εἶπεν· Ἠλίου ὁ Θεσβίτης ἐστί. καὶ ἀπέστειλεν ἡγούμενον πεντηκοντάρχην, καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτοῦ. καὶ Ἠλίου ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους. καὶ εἶπεν ὁ πεντηκοντάρχης πρὸς αὐτόν· Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ὁ βασιλεὺς καλεῖ σε, κατάβηθι. πρὸς ὃν Ἠλίας· εἰ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐγώ, καταβήσεται πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ καταφάγεταί σε, καὶ τοὺς πεντήκοντά σου. καὶ κατέβη πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτόν, καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτοῦ. οὕτως ἐγένετο καὶ τοῖς δευτέροις. ὁ δὲ τρίτος πεντηκοντάρχης ἐλθών, πεσὼν ἐπὶ τὰ γόνυ, ἐδεήθη καὶ εἶπεν· Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἐντιμωθήτω δὴ ἡ ψυχή μου καὶ ἡ ψυχὴ τῶν παιδίων σου τούτων ἐν ὀφθαλμοῖς σου. B καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος Κυρίου πρὸς Ἠλίου, καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπε κατὰ τὸ ῥῆμα τὸ ἔμπροσθεν· ἀνθ' ὧν ἐξαπέστειλας ἐπερωτᾶν τὴν μυῖαν, ἀποστὰς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποθανῇ σύ, καὶ οὐ ζήσῃ. καὶ ἀπέθανεν Ὀχοζίας κατὰ τὸ ῥῆμα Ἠλίου, * καὶ κατέπαυσεν ἐν τῷ σπηλαίῳ Μωσέως. ἐπὶ τούτου τοῦ Ὀχοζίου λιμώξαντες οἱ κατ' ἐκείνην τὴν περίχωρον, τὰ ἴδια σφάξαντες τέκνα κατέφαγον. ἐν κόπρῳ γὰρ περιστερῶν ἀντὶ ἁλὸς βάπτοντες ἐχρῶντο.

Ἐν δὲ τῷ τετρακισχιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ δευτέρῳ ἔτει, ἀνελήφθη Ἠλίας. ἐντεῦθεν ὑποστρέφων Ἐλισσαιὲ εἰς Ἱεριχὼ, θεραπεύει τὰ πονηρὰ ὕδατα διὰ ἁλῶν. ἀναβαίνοντος δὲ εἰς Βεθὴλ, ἐξῆλθον παιδάρια μικρὰ ἐκ τῆς πόλεως, C καὶ ἐλίθαζον αὐτὸν, καὶ κατέπαιζον αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον· Ἀνάβαινε φαλακρέ, ἀνάβαινε. ὁ δὲ κατηράσατο αὐτοῖς· καὶ ἰδοὺ ἐξῆλθον δύο ἄρκτοι ἐκ τοῦ δρυμοῦ, καὶ διέρρηξαν ἐξ αὐτῶν τεσσαράκοντα καὶ δύο παῖδας. κἀκεῖθεν ὑπέστρεψεν εἰς Σαμάρειαν· ταύτην τὴν Σαμάρειαν ὁ πέμπτος βασιλεὺς Ἰσραὴλ κτίζει εἰς πόλιν (αὕτη δέ ἐστιν ἡ νῦν καλουμένη Σεβαστή) ἐπωνόμασε δὲ αὐτὴν Σεβὴρ, εἰς ὄνομα Σεβὰρ, τοῦ Κυρίου τοῦ ὄρους. Τότε καὶ τὸ θαῦμα τοῦ ἐλαίου εἰς πληθυσμὸν τῇ γυναικὶ δέδωκεν Ἐλισσαῖος, καὶ τὰ χρέα αὐτῆς δι' αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου ἐπλήρωσε· καὶ τῆς Σωμανίτιδος τὸν υἱὸν ἀνέστησε. τότε καὶ ἡ τολύπη τοῖς ἀνθρώποις φάρμακον ὂν, ἰάθη, καὶ δι' ἀλεύρου ἐθεραπεύθη. καὶ οἱ κρίθινοι κ΄. ἄρτοι, καὶ αἱ πέντε D παλάθαι τῶν ἰσχάδων ἐν τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσιν ἐπερίσσευσαν. καὶ τοῦ Νεεμὰν ἡ λέπρα ἐθεραπεύθη· Γιεζῆ δὲ ἔλαβεν ἱμάτια καὶ ἀργύρια, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ λέπραν. ἐπὶ τούτοις, καὶ τὴν ἀξίνην ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ἀνήγαγε· καὶ τὰ ἔνεδρα τοῦ βασιλέως Συρίας ἀνήγγειλε τῷ βασιλεῖ Ἰσραήλ. καὶ τοῦ βασιλέως Συρίας κυκλώσαντος αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος ἐπὶ τῷ κρατῆσαι, ὡς εἶδεν ὁ λειτουργὸς Ἐλισσαιὲ τὰ ἅρματα καὶ τὴν δύναμιν, ἐφοβήθη, καὶ εἶπε· Κύριε τί ποιήσομεν; ὁ δὲ εἶπε· μὴ φοβοῦ· ὅτι πλείους οἱ μεθ' ἡμῶν, ὑπὲρ τοὺς μετ' αὐτῶν· καὶ προσηύξατο, καὶ διήνοιξεν ὁ Θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ παιδαρίου· E καὶ εἶδε τὸ ὄρος ὅλον πλῆρες ἵππων, καὶ ἅρμα πυρὸς περικύκλῳ Ἐλισσαιέ. καταβάντων δὲ πρὸς αὐτὸν, ἐπάταξεν αὐτοὺς Κύριος ἀορασίᾳ· καὶ εἶπεν Ἐλισσαιέ· δεῦτε ὀπίσω μου. καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς εἰς Σαμάρειαν· καὶ ἠνοίγησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐν μέσῳ Σαμαρείας· καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Σαμαρείας· εἰ πατάξω πάτερ; καὶ εἶπεν· οὐ πατάξεις. παράθες αὐτοῖς ἄρτον καὶ ὕδωρ· καὶ φα-

Cedren.

A Israelo nullus sit Deus; ideo Baalum consultum misisse. non ita fore. ipsum de lecto, quem conscendisset, nequaquam descensurum.) Respondit Ochozias, Eliam eum fuisse Thisbitam: misitque viros quinquaginta cum suo præfecto. Sedebat tum Elias in montis vertice. cui cum præfectus dixisset, Vir Dei, rex te vocat, descende: respondit, Si ego vir Dei sum, de cælo ignis decidat, ac te cum tuis L viris perimat. idque statim factum est. Eadem evenerunt iis qui secundo loco missi fuerunt. Tertius cum L viris eodem missus, in terram procubuit, vatemque obtestatus est, uti sibi suisque parceret. Monuit autem angelus Dei B Eliam ut descenderet: isque cum illis ad regem profectus, priorem sermonem repetiit: quod Deo deserto, ad principem muscarum consultum misisset: ideo non victurum, sed moriturum. Mortuus est ergo Ochozias secundum verba Eliæ, * & requievit in spelunca Mosis. * Hujus Ochoziæ ætate circum ista loca incolentes penuria eo adacti sunt, ut suos liberos necatos comederent fimo columbarum pro sale adhibito.

Elias in cælum raptus est anno mundi quater millesimo sexcentesimo secundo. Inde reversus Elisæus Jerichuntem, sale injecto vitiosas aquas correxit. Inde cum Bethelam adscenderet, pueruli urbe egressi eum la- C pidibus impetiverunt, atque illuserunt vociferando: Adscende calve, adscende. Eos Elisæus cum esset execratus, subito ex sylva duo ursi egressi, pueros quadraginta duos discerpserunt. Inde Samariam reversus est. Hanc urbem quintus Israelicus rex condidit: nunc Sebaste appellatur, id est Augusta. Nomen ei imposuit Seber, a nomine Sebaris, qui dominus montis ejus fuit. Tunc & oleum mulierculæ prodigiose multiplicavit Elisæus, ac eo æs alienum ipsius diluit: & filium Sunamitidis extinctum vitæ restituit: & cucurbitam sylvestrem ad vescendum hominibus propositam, cum sit venenata, farinæ inspersione medicatam, vescam fecit: & viginti panibus hordeaceis ac quin- D que caricarum massis centum viros saturavit, superante adhuc cibo. Eadem tempestate Neeman lepra liberatus est: & eadem in Geezim, ob acceptas vestes atque argentum, translata. Præterea is vates & securim ex Jordane fluvio emergere fecit: & insidias regis Syri, regi Israelico aperuit. Cum autem rex Syriæ vatem in monte obsidione cinxisset, uti eum in suam potestatem redigeret, famulus Elisæi conspectis curribus & copiis, pertimuit: dominumque trepide rogavit, ecquid sui defendendi causa facere possent? Vates eum bono esse animo jussit: plures enim sibi adesse, quam hostibus. Deusque ad ipsius preces fa- E mulo oculos aperuit, ita ut cerneret montem equis obsitum, & Elisæum igneo curru circumdatum. Deinde cum ad hostes Elisæus degressus esset, eorum oculos Deus cæcitate quadam perstrinxit, ita ut Elisæi monitu cum ipso Samariam intrarent: idque tum demum sentirent, cum essent in media ea urbe constituti. Ibi cum rex diceret: Mi pater, anne illis manus afferam? Elisæus vetuit, cibumque iis & potum apponi manda-

4. Reg. 2. &c.

Elisæus.

Edit. Paris. pag. 103.

L ij

vit. quibus refecti, ad Dominum suum redierunt, neque ab eo tempore levis Syriorum armatura in Israelicos ullam impressionem fecit.

Ochoziæ Joramus frater successit: qui cum se adversus Deum male gereret, duodecim annis regno gesto, ab Jehuo est interfectus. Is Joramus regem Moabitarum Masam devictum a se, tributarium fecit: accepitque ab eo quotannis tributi nomine agnos cccc ↄↄↄ, totidemque arietes. Eo regnante, Elias ille magnus in cælum sublatus est. Et Ader

4. Reg. 6. Syriæ rex venit, ac Samariam circumsedit. qua obsidione tanta in urbe fames extitit, ut caput asini xxx argenteis nummis venderetur. Ea durante, cum Joramus murum obiret, quædam eum mulier contenta voce interpellavit: Serva, inquiens, me domine rex. Is respondit: Hoc quidem a Deo esse postulandum. an enim putaret sibi vel de area,

Samaria divinitus obsidione liberata. vel de torculari, posse opem abs rege ferri? Mulier respondit: nihil tale se flagitare. Muliere alia (ea coram aderat) ita rogan-

Edit. Paris. pag. 104. te, suum se heri filium mactasse, coctumque ab ipsis communiter esse manducatum: ea autem se id lege fecisse, ut postridie illam suum ad cœnam præberet, quem hodie ipsa abscondat: hoc audito rex vestimenta sua laceravit, conspexitque populus saccum quo cutis regis amicta erat. Diris autem tum execrationibus sese rex devovit, nisi eo ipso die Elisæum

62 capite truncasset. Ac misit eum qui a rege erat tertius, ac intimus regis satelles. Huic vates ita est locutus. Ita fatur Deus: (Cras hac eadem hora, mensura similaginis siclo, & duæ mensuræ hordei siclo vendentur in portis Samariæ. At ille satelles: Ne si quidem fenestras cæli aperiat Deus, hoc ullo modo fieri potest. Elisæus contra: Sane, inquit, hoc ita fieri oculis tuis videbis, neque tamen inde quicquam gustabis.) Ea ipsa nocte quatuor leprosi qui ad urbis portam desidebant, fame superati ad hostes transfugere statuerunt. Ii cum per tenebras Syrorum castra essent ingressi, neminem omnino hominem ibi repererunt. Etenim Deus fecerat, ut in iis castris sonitus curruum, equorum magnique exercitus audiretur: quo perterriti Syri, omnibus rebus relictis in tenebris profugere. Quam rem cum leprosi in urbem renunciassent, misit rex quosdam exploratum, an ne id indicium verum esset? Qui regis Syri vestigia usque ad Jordanem fluvium secuti, totam viam vestibus & vasis repletam viderunt, quæ trepidantes inter fugiendum Syri abjecerant. Exploratoribus reversis, populus urbe se ad hostium castra diripienda effudit. Atque ita tum impleta sunt, quæ de vilitate annonæ per vatem Deus prædixerat. Ille autem a rege tertius, cum eum rex portæ præfecisset, obtritus a populo periit, non gustatis iis alimentis: sicuti & vates fore affirmaverat. Idem Elisæus precibus obtinuit, ut aquæ Hierichuntinæ essent salubres: cum natura essent amaræ, potui incommodæ, fœcunditati adversæ, & lethales, ac nonnumquam etiam ad rigandum solum inutiles. Quæ aqua mutatione ista & hominum pecoris usui accommodata, fertilitatis ac salutis plurimam isti regioni conciliavit. Nam in hunc usque diem exundans campestrem maximam regionem impinguat, nutritque pomaria & palmeta mellifera, quorum

A γόντες ἀπῆλθον πρὸς τὸν Κύριον αὐτῶν. καὶ οὐ προσέθεντο ἔτι οἱ μονόζωνοι Συρίας τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὸν Ἰσραήλ.

Μετὰ δὲ Ὀχοζίαν ἐβασίλευσεν Ἰωρὰμ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Ἰηοῦ, βασιλεύσας ἔτη δεκαδύο. ὃς ὑποτάξας τὸν Μασὰ βασιλέα Μωὰβ, ἦν λαμβάνων ἐξ αὐτοῦ φόρον κατ' ἐνιαυτὸν, ἀρνὰς χιλιάδας ἑκατὸν, καὶ κριοὺς χιλιάδας ἑκατόν. ἐφ' οὗ ἀνελήφθη ὁ μέγας Ἠλίας. καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς Συρίας, καὶ περιεκάθισεν ἐπὶ Σαμάρειαν. καὶ γέγονε λιμὸς μέγας, ὥστε πραθῆναι κεφαλὴν ὄνου ἀργυρείων τριάκοντα. Καὶ ἦν Ἰωρὰμ διαπορευόμε-
B νος ἐπὶ τοῦ τείχους. καὶ γυνή τις ἐβόησε πρὸς αὐτόν· Σῶσον Κύριε βασιλεῦ. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπε· μὴ σώσει σε Κύριος; πόθεν σώσω σε; μὴ ἀπὸ τῆς ἅλωνος, ἢ ἀπὸ τῆς ληνοῦ. καί φησιν ἡ γυνή· οὐχὶ βασιλεῦ. ἀλλ' ἡ γυνὴ αὕτη εἶπέ μοι. Δὸς τὸν υἱόν σου, φαγώμεθα αὐτὸν σήμερον, καὶ τὸν υἱόν μου αὔριον· καὶ ἑψήσαντες αὐτὸν χθὲς, ἐφάγομεν. καὶ σήμερον ἔκρυψε τὸν υἱὸν αὐτῆς. ὅπερ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶδεν ὁ λαὸς τὸν σάκκον ἐπὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἔσωθεν. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπε· τάδε ποιήσει μοι ὁ Θεὸς, καὶ τάδε προσθείη, εἰ στήσεται ἡ κεφαλὴ Ἐλισσαίου σήμερον ἐπ' αὐτῷ. καὶ ἀπέστειλε τὸν τριστάτην, ἐφ' ὃν ἐπανεπαύετο. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ προφή-
C της· τάδε λέγει Κύριος. αὔριον, ὡς ἡ ὥρα αὕτη, μέτρον σεμιδάλεως σίκλου, καὶ δίμετρον κριθῆς σίκλου ἐν ταῖς πύλαις Σαμαρείας. καὶ εἶπεν ὁ τριστάτης· εἰ ἀνοίξει Κύριος τοὺς καταῤῥάκτας τοῦ οὐρανοῦ, οὐ μὴ ἔσται τοῦτο. ὁ δὲ Ἐλισσαῖος φησίν· ἰδοὺ ὄψει τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἐκεῖθεν οὐ μὴ φάγῃ. καὶ ἄνδρες λεπροὶ τέσσαρες παρὰ τὴν πύλην τῆς πόλεως καθήμενοι, καὶ τὸν λιμὸν μὴ φέροντες, ἐβουλεύσαντο πρὸς τοὺς ἐναντίους αὐτομολῆσαι. καὶ ἐξαναστάντες ἐν τῷ σκότει, εἰσῆλθον εἰς τὴν παρεμβολὴν Συρίας. καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν ἀνὴρ ἐκεῖ, ὅτι Κύριος ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν παρεμβολὴν Συρίας φωνὴν ἁρμάτων καὶ ἵππων, καὶ δυνάμεως μεγάλης. καὶ ἀπέδρασαν ἐν τῷ σκότει πάντες, καταλείψαντες ἅπαντα. καὶ τῶν λεπρῶν διασαφησάντων ἐν τῇ πόλει, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς,
D γνῶναι εἰ ἀληθὴς ὁ λόγος. καὶ πορευθέντες ὀπίσω τοῦ βασιλέως Συρίας ἕως τοῦ Ἰορδάνου, ἰδοὺ πᾶσα ἡ ὁδὸς πλήρης ἱματίων καὶ σκευῶν, ὧν ἔρριψαν ἐν τῷ θαμβεῖσθαι αὐτούς. καὶ ὑποστρεψάντων τῶν ἀπεσταλμένων, ἐξῆλθεν ὁ λαὸς τῆς πόλεως, καὶ διήρπασε τὴν παρεμβολὴν Συρίας· καὶ ἐγένετο μέτρον σεμιδάλεως σίκλου, καὶ δίμετρον κριθῆς σίκλου, κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου. τοῦ δὲ βασιλέως καταστήσαντος τὸν τριστάτην ἐπὶ τῆς πύλης, συνεπάτησεν αὐτὸν ὁ λαὸς (καὶ ἀπέθανε) μὴ φαγόντα ἐκ τοῦ σίτου, κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ προφήτου. καὶ μέντοι καὶ τὸ Ἰερι-
E χουντεῖον ὕδωρ δι' εὐχῆς ἰάσατο. πικρὸν γὰρ ἦν φύσει, καὶ ἄποτον, καὶ πρὸς τεκνογονίαν ἐμποδών τε, καὶ θανατηφόρον, οὐδ' ὅτι καὶ πρὸς ἄρδευσιν ἐπιτήδειον· ὅπερ εἰς εὔχρηστον ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι μεταβληθὲν, εὐκαρπίας μάλιστα πολλῆς καὶ σωτηρίας ὑπῆρχε τῇ χώρᾳ πρόξενον. Ἄχρι γὰρ δεῦρο πλημμυροῦν, μεγίστην πιαίνει πεδιάδα, καὶ τρέφει παραδείσους, καὶ φοινίκων γένη διάφορα μελιτοφόρα· ὧν οἱ πλεῖστοι πατούμενοι καὶ ἀποθλιβόμενοι, μέλι

πολὺ ἐκχέουσιν. ἔστι γὰρ μελιτοφόρος καὶ ἀρωματοφόρος ἡ χώρα πάνυ, φέρουσα κίτρον, καὶ μυροβάλανον, καὶ ἀποβάλσαμον ἔτι πλεῖστον. ἥτις δὲ ὀλίγον καρπῶν καὶ ἀνθρώποις ἐπιθυμητῶν, οὐ μάλα τῷ παραδείσῳ πῶς παρεικάζεται.

Μετὰ δὲ Ἰωρὰμ, ἐβασίλευσεν Ἰοὺ υἱὸς Ναμεσσί. τούτου εἰσερχομένου ἐν τῇ πόλει Σαμαρείας, παρέκυψεν Ἰεζάβελ διὰ τῆς θυρίδος περιακαλλωπισμένη· ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξε τοῖς εὐνούχοις αὐτῆς, κατακρημνίσαι αὐτήν. τούτου δὲ γεγονότος, Ἰεζάβελ κατεπατήθη ὑπὸ τῶν ἵππων, καὶ κατεβρώθη ὑπὸ τῶν κυνῶν. ἐπάταξε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα υἱοὺς Ἀχαὰβ, καὶ τοὺς περιλειφθέντας αὐτοῦ πάντας ἐν Σαμαρείᾳ, κατὰ τὸ ῥῆμα Ἠλιοῦ. συναθροίσας δὲ ἅπαν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς μετὰ πανουργίας· Ἀχαὰβ μὲν ἐδούλευσε τῷ Βάαλ ὀλίγα, Ἰοὺ δὲ πολλὰ δουλεύσει αὐτῷ. καὶ νῦν πάντας καλέσατε πρός με τοὺς προφήτας καὶ ἱερεῖς τοῦ Βάαλ, ὅτι μεγάλη μοι θυσία τῷ Βάαλ. πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἀπολείψῃ, οὐ ζήσεται. συναθροισθέντων οὖν πάντων, καὶ τοῦ εἰδωλείου πλησθέντος, στόμα πρὸς στόμα φησὶν ὁ βασιλεὺς τοῖς δούλοις τοῦ Βάαλ· ἐρευνήσατε ἀκριβῶς, εἰ ἔστι μεθ᾽ ὑμῶν τις τῶν δούλων Κυρίου; καὶ μηδενὸς εὑρεθέντος, ἐκέλευσε τοῖς ὑπουργοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξαν πάντας ἐν στόματι ῥομφαίας· καὶ τὴν Βάαλ, καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα ἐνέπρησε. πλὴν οὐκ ἐφύλαξεν εἰς τέλος τοῦ πορεύεσθαι ἐν νόμῳ Κυρίου. καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ πολέμῳ, βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι δύο.

Μετὰ δὲ Ἰοὺ ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἀπέθανε, βασιλεύσας ἔτη ιζ΄. μετὰ δὲ Ἰωάχαζ ἐβασίλευσεν Ἰωὰς ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἀπέθανε, βασιλεύσας ἔτη ιδ΄, ἐφ᾽ οὗ Ἐλισσαιὲ ἐτελεύτησε, προφητεύσας τῷ Ἰωὰς τὴν προτέραν διὰ συμβόλων κατὰ Συρίας νίκην, ἐπιτρέψας αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν τοξεῦσαι πεντάκις· καὶ τὸ μὲν τρίτον, εὐστόχως ἔρριψε· τὸ δὲ τέταρτον, ἠστόχησε· καὶ προφητεύει αὐτῷ, ἕως τρίτης συμβολῆς νικῆσαι τοὺς Σύρους, τῆς δευτέρας ἡττηθῆναι. εἰ γὰρ ἄχρι τῆς πέντε τὰ βέλη εὐστόχως ἐβεβλήκει, πεντάκις ἂν παραταξάμενος, τὴν Σύρων ἀρχὴν κατέβαλε.

Γίνονται οὖν ὁμοῦ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλευσάντων ἀπὸ Δαβὶδ ἕως Σεδεκίου, ἔτη υϙη΄. οἱ δὲ βασιλεῖς ὑπῆρχον τὸν ἀριθμὸν κβ΄. πάντες δὲ ἐξ ἑνὸς ἐγένοντο γένους τοῦ Δαβίδ. ἐφ᾽ ὧν ἦσαν προφῆται, ἐπὶ μὲν Σαοὺλ Δαβὶδ καὶ Σαμουήλ. ἐπὶ δὲ Δαβίδ, αὐτὸς ὁ Δαβίδ, Γάδ, Νάθαν, Ἀσάφ· ἐπὶ Σαλομῶντος, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτόν. Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης, Σαμαίας ὁ Ἀδὼν· ἐπὶ δὲ Ἰωσαφὰτ, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν, Μιχαίας, Ἠλίας, Ἐλισσαῖος, Ἀβδίου· ἐπὶ δὲ Ἰοῦ, Ὀζιὴλ, Ἐλεάζαρ, Ἀζαρίας. ἐπὶ δὲ Ἐζεκίου, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν, Ὠσηὲ, Ἀμώς, Ἠσαΐας, Ἰωνᾶς. ἐπὶ δὲ Ἰωσίου, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν, Ἱερεμίας, Σοφονίας, Ὀλδὰ, Βαρούχ. ἐπὶ Σεδεκίου, Ἱερεμίας, Ἀββακούμ. μετὰ δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπὶ Ἰησοῦ, Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιὴλ, ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐν Βαβυλῶνι προφητεύσαν. *

Ἰωσαφὰτ ὑπὸ Ἐλισσαίου χρισθεὶς εἰς βασιλέα ἐπὶ Σαμαρείας, πάντα τὸν Ἀχαὰβ τὸν οἶκον ἐτιμωρήσατο. αὐτὸν μὲν γὰρ τὸν βασιλέα Ἰωρὰμ κατατοξεύσας ἀναιρεῖ, κρημνῷ δὲ Ἰεζάβελ τὴν τούτου μητέρα χαρίζεται. καὶ ὁ τοῦ Ἀχαὰβ υἱοὺς ἀποχειρισάμενος, προὔθηκεν αὐτῶν ἐπὶ τὰς διεξόδους τὰς κεφαλάς· ἔπειτα συναγαγὼν πάντας τοὺς τοῦ Βάαλ προφήτας καὶ ἱερεῖς, δημοτελῆ θυσίαν ἐπιτελεῖν προσποι-

A fructus calcati atque pressi magnam mellis vim effundunt. Est enim apprime mellifera & aromatifera ista regio, citrum producens, & glandem unguentariam, & opobalsami plurimum: ut propter raros & hominibus desiderabiles fructus non absurde Paradiso comparari posse videatur.

63 Joramo Jehuus successit, Namesi F. Is cum Samariam intraret, Jezabela exornato corpore de fenestra prospexit. Jehuus ejus eunuchis imperavit, uti eam præcipitarent: quo facto, Jezabela ab equis obtrita, a canibus devorata est. Idem rex etiam septuaginta filios Achabi, omnemque ejus stirpem superstitem Samariæ interfecit, secundum Eliæ vaticinium. Inde coacta omni multitudine, astute eos compellavit: Achabum exiguos, se multo plures Baali cultus præstiturum. Proinde omnes Baalis vates ac pontifices ad se convocarent. nam se magnum Baali sacrificium instituisse. & necaturum, si quis illorum ab hoc abfuisset. Ita iis omnibus congregatis, ac fano simulacri repleto, diserte mandavit servis Baalis rex, uti dispicerent, ecquis in turba esset Dei cultor. Cum inter Baalicos horum nullus inveniretur, regii famuli jussu regis Baalicos omnes ferro trucidarunt, Baalemque cum omni ejus instrumento cremaverunt. Cæterum Jehuus non perseveravit usque ad finem servandis Dei præceptis. In bello cecidit, regno per annos viginti duos gesto.

Jehuus. 4. Reg. 9. Edit. Paris. pag. 105.

Successit ei Joachazus filius, qui cum impie viveret, regno per annos viginti C septem functus obiit. Post hunc regnavit filius ejus Joas annos quatuordecim, impius ipse quoque. Eo regnante, Elisæus moritur, prædictis prius Joæ de Syriis victoria, idque per signa. Jussit eum sagitta terram quinquies petere. tertium Joas scopum attigit, quarto aberravit. Itaque ei vaticinatus est Elisæus, tribus eum præliis de Syris victorem fore, reliquis succubiturum. Quod si quinquies scopum attigisset, quinquies collatis signis, Syrorum imperium eversurum fuisse.

Annorum, quibus Hierosolymis regnatum fuit a Davido usque ad Sedeciam, summa est quadringentorum nonaginta octo. Reges fuerunt viginti duo, omnes Davido prognati. Vates fuerunt Sauli tempore, Samuelus & Davidus. Davidi, D ipse David, Gadus, Nathanus, Asaphus. Solomonis & posterorum Achias Silonites, Samæas Adonius. Sub Josaphato & successoribus, Michæas, Elias, Elisæus, Abdius, * Jehuus, Ozielus, Eleazarus, Azarias. Ezechia regnante, ac deinceps, Oseas, Amosius, Esaias, Jonas. Josiæ ætate, ac post, Jeremias, Sophonias, Oldas, Baruchus. Sedeciæ regno, Jeremias, Abacucus. Post exilium sub Jeso, Aggæus & Zacharias. Danielus, Ezechielusque, in ipso exilio Babylone vaticinati sunt.

** Forte, sub Jehuo.*

* Josaphati F. ab Elisæo sacra unctione regno Samariæ inunctus, totam Achabi familiam ultus est. Nam & Joramum ejus filium regem sagitta interfeE cit, & hujus matrem Jezabelam præcipitavit: & Achabi filios cum necasset, eorum capita in biviis exposuit. Inde simulato se solemne sacrificium peracturum, universos Baalis vates atque sacerdotes conduxit, atque ad unum omnes jugulavit, fanumque simulacri demolitus in latrinam convertit. Regnavit an-

Jehuus pag. 106.

nos duodetriginta. Joas Ochoziæ filius post eum annos sedecim. Is Gotholiam necavit. Hoc regnante Jodaas sacrificavit, annos natus cxxx. Estque notandum, hunc solum ad tantam ætatem pervenisse post Mosem.

Reges Israelitici.

Anno mundi ɪɪɪɪ cɪↄ ɪↄ cxlɪ vates Elisæus moritur, ac sepelitur. Paulo post prædones Moabici in terram Israeliticam impressionem faciunt, ac hominem quemdam in Elisæi monumento sepeliunt: is ut ossa vatis attigit, redivivus in pedes suos constitit. Joroboamus Joæ filius, regnavit annos quadraginta unum. eo regnante, Jonas & Amosius vaticinati sunt. Successit ei Zacharias filius. Quem, cum vi menses regnum tenuisset, Sellumus necavit, decemque menses regnavit. Hunc Manaimus dejecit: & regno potitus, decennium præfuit. Is Thersam, cum oppidani eum non admitterent, vi cœpit, oppidanos interfecit, ac gravidas etiam mulieres discidit. Successit ei Phalcias filius, ac biennium regnavit. Hunc Phaceas Romelii F. cum interfecisset, octennium regnum tenuit. Hoc regnante, Theglaphalassar Assyriorum rex Judææ bellum intulit, majoremque ejus partem in suam potestatem redegit. Oseas Ilæ filius post Phaceam annos novem regnavit. Tum Salmanassar Assyriorum rex Samariam expugnavit, regemque cum toto Israelico populo captivos abduxit, ac Alare & Aboro Medicis in urbibus collocavit, ad flumen Gozanem. ibi in magnis calamitatibus viventes, impietatis suæ pœnas dederunt. Sed victor Babylonios, quorum vita erat flagitiis cooperta, habitatum Samariam misit: quos Deus immissis leonibus perdidit. Barbarus ea re cognita, sentiens oportere in ista terra Deum ex præscripto legis suæ coli, unum de sacerdotibus Esdram misit, qui rite ibi quæ essent agenda conficeret. Is Bethelæ moratus, populum legem divinam ac Dei cultum docuit. quo factum est, ut regionem leones infestare desinerent. Hos etiamnum Samaritas a loco vocant: propterea etiam a Judæis diverso instituto vitæ, tamen ob legis disciplinam aliquantulum religionis præ se ferunt. neque enim præter Decalogum quicquam iis discere concessum fuit. Hic finis est regni Israelici, quod annos cccɪɪɪ, mensesque vɪɪ duravit, cœptum a Jeroboamo Nabati F. & finitum Osea Ilæ F. rege, cum is ac populus Israelicus a Salmanassare est a Samaria in Mediam deportatus. Cæterum a decimo regni Sauli anno, regnum Davido & ejus progeniei propositum cœpit: floruitque ita, ut in Roboamo Solomonis F. deficeret. Huic Abias successit, regnumque per annos tres Jerusalemæ gessit. Asas deinde, annos xlɪ. is magno jam natu ex pedum articulis laboravit. Post hunc Josaphatus, annos xxv. Eo regnante Michæas, Abdias, Eleazarus & Ananias vaticinati sunt. Joramus patri Josapharo suffectus, annos vɪɪɪ. * Samariæ Gotholia, filia Zambræ regis Israelici, annos vɪɪɪ. Hæc omnium mulierum sceleratissima, Ochoziæ universam prolem interficit: ulta hoc modo Achabum Israelicum regem, qui ex ea genre videbatur fuisse. Sed Jozabea Ochoziæ soror, uxor Jojadæ summi pontificis, Joasum filium Ochoziæ octo an-

Samaritæ.

Edit. Paris. pag. 107.

Davidica successio.

A σάμϐος, πάντας ὑφ' ἓν ἀποσφάττει, καὶ τὸ εἰδωλεῖον κατασκάπτει, καὶ καθιστᾷ λύτρωμα. ἐβασίλευσε δὲ ἔτη κη'. Ἰωὰς υἱὸς Ὀχοζίου, βασιλεύει μετ' αὐτὸν ἔτη ις'. οὗτος τὴν Γοθολίαν ἀνεῖλεν. ἐπὶ τούτου ἱεράτευεν Ἰωδαὲ, ζήσας ἔτη ρλ'. σημειωτέον, ὅτι τοῦτον οὗτος φαίνεται μόνος βιώσας τὸν χρόνον μετὰ Μωϋσῆν.

Τῷ ͵δχμα'. ἔτει τοῦ κόσμου ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος τελευτᾷ, καὶ θάπτουσιν αὐτόν. μετ' οὐ πολὺ δὲ μονόζωνοι Μωὰβ ἦλθον ἐν τῇ γῇ, καὶ ἔθαψαν ἄνθρωπον ἐν τῷ μνημείῳ Ἐλισσαιέ. ὡς δὲ προσήγγισεν ἐκεῖνος τοῖς ὀστέοις τοῦ προφήτου, ἀνέζησε, καὶ ἔστη ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἱεροβοὰμ ὁ υἱὸς Ἰωὰς, ἐβασίλευσεν ἔτη μα'. ἐπὶ τούτου προεφήτευον Ἰωνᾶς καὶ Ἀμώς. Ζαχαρίας υἱὸς αὐτοῦ, μῆνας ἕξ. Σελοὺμ τὸν Ζαχαρίαν ἀνελὼν, ἐβασίλευσε μῆνας δέκα. Μα- B ναεὶμ τῷ Σελοὺμ ἐπαναστὰς, ἐβασίλευσεν ἔτη δέκα. οὗτος μὴ δεξαμένων αὐτὸν τῶν ἐν Θερσᾷ, χειρωσάμενος ἀναιρεῖ, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας διέῤῥηξε. Φαλκίας τοῦ Μαναεὶμ υἱὸς τὸν πατέρα διαδεξάμενος, ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. Φακεὲ ὁ τοῦ Ῥωμελίου τὸν Φαλκίαν ἀνελὼν, ἐβασίλευσεν ἔτη κ'. ἐπὶ τούτου Θεγλαφαλασσὰρ ὁ Ἀσσυρίων βασιλεὺς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπιστρατεύσας, τὰ πλεῖστα τῆς γῆς αὐτῶν σφετερίζεται. Ὠσηὲ, μετὰ τὸν Φακεὲ, ὁ τοῦ Ἠλᾶ βασιλεύει ἔτη θ'. ἐπὶ τούτου Σαλμανασσὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπιστὰς τῇ Σαμαρείᾳ, αὐτόν τε ἄγει αἰχμάλωτον, καὶ πάντα τὸν Ἰσραὴλ σὺν αὐτῷ· καὶ κατοικίζει αὐτοὺς ἐν Ἀλαὲρ καὶ Ἀβώρ, Μηδικαῖς πόλεσι, καὶ ἐπὶ ποταμῷ Γοζάν· ἔνθα τῆς εἰς Θεὸν παραβάσεως δίκας ἐκτιννύουσι κακουχούμενοι. ὁ δὲ Ἀσσύριος, Βαβυλωνίους ἐν Σαμα- C ρείᾳ πέμψας, αἰσχρῶς καὶ ἀνόμως βεβιωκότας, οἰκεῖν αὐτόθι ἐκέλευσε. τούτους ὁ Θεὸς, λέοντας ἐξαποστέλλων, διέφθειρε. πυθόμενος δὲ ὁ βάρβαρος, καὶ συνιεὶς δεῖν ἐκείνους ἐπὶ τῆς γῆς ἐκείνης τὰς κατὰ νόμον Θεοῦ λατρείας ἐπιμελεῖσθαι· καὶ ἕνα τῶν ἱερέων ἐξαποστείλας τὸν Ἔσδραν, τὰ νομιζόμενα αὐτόθι ποιεῖν ἐκέλευσεν. ὁ δὲ καταμένων ἐν Βεθὴλ, τὸν νόμον αὐτοὺς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸν Θεὸν σέβεσθαι αὐτοὺς ἐδίδασκε. καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου συμβαίνει, ἐκ τῶν λεόντων τὴν χώραν ἠρεμῆσαι. Τούτους εἰσέτι Σαμαρείτας, ἀπὸ τῆς χώρας προσαγορεύουσι· διὸ καὶ ἀλλόκοτοι τὰς προαιρέσεις, διὰ δὲ τὴν τοῦ νόμου διδασκαλίαν, βραχεῖαν ἔχουσι θεοσεβείας ἔμφασιν· οὐδὲ γὰρ τῆς Δεκαλόγου πλεῖον παραλα- D βεῖν ἠξιώθησαν. ἐνταῦθα τῆς Ἰσραηλιτικῆς βασιλείας οἱ χρόνοι κατέληξαν, εἰς ἔτη τριακόσια τρία, καὶ μῆνας ἑπτά· ἀρξάμενοι μὲν ἀπὸ Ἱεροβοὰμ τοῦ Ναβὰτ, καταλήξαντες δὲ εἰς Ὠσηὲ τὸν τοῦ Ἠλᾶ, καὶ τὴν ὑπὸ Σαλμανασσὰρ τοῦ Ἰσραὴλ μετοικεσίαν ἀπὸ Σαμαρείας εἰς Μήδους. ἤκμαζε δὲ καὶ ἡ προκειμένη τῶν ἐκ Δαβὶδ βασιλεία, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ δεκάτου τοῦ Σαοὺλ ἔχουσα μοναρχίας, καταλήξασα δὲ ἐπὶ τὸν Ῥοβοὰμ τὸν τοῦ Σολομῶντος. Ἀβιὰ διαδεξάμενος τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν βασιλεύει ἔτη τρία ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἀσᾶ ἔτη μα'. οὗτος ἤδη γηραιὸς ὢν, ἀρθριτικῷ τοὺς πόδας ἤλγησε πάθει. Ἰωσαφὰτ μετὰ τοῦτον, ἔτη κε'. ἐπὶ τούτου προεφήτευσε Μιχαίας, καὶ Ἀβδίας, E καὶ Ἐλεάζαρ, καὶ Ἀνανίας. Ἰωρὰμ τὸν πατέρα Ἰωσαφὰτ διαδεξάμενος, ἔτη η'. * ἐν Σαμαρείᾳ Γοθολία ἡ θυγάτηρ Ζαμβρᾶ τοῦ βασιλέως Ἰσραὴλ, ἔτη η'. αὕτη πασῶν ἀσεβεστάτη γενομένη γυναικῶν, πάντας ἀναιρεῖ τοὺς Ὀχοζίου παῖδας, Ἀχαὰβ τῷ Ἰσραηλίτῃ βασιλεῖ τιμωρουμένη. ἐδόκει γὰρ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τούτου· Ἰωσαβὶδ δὲ ἡ τοῦ Ὀζίου ἀδελ-

Edit. Paris. pag. 215. Titus Hierosolymam biennali obsidione in potestatem redactam, una cum templo totam in favillam flammis redegit. Tunc utique unctio & judicium abolita sunt, vastitasque urbis impleta, nimirum excidium: quem Judæi suæ contumaciæ fructum ceperunt. Quid autem attinet me hic prolixum esse? Josephus Judæus, veritatis observantissimus, qui & bello & excidio urbis interfuit, historiam ejus rei descripsit. en lecta, rem planius intelliges. Is ter millies mille numeratos fuisse narrat, cum uxoribus & liberis. Periisse autem fame, bello intestino, & in cuniculis in quos sese ultro incluserant atque interfecerant, CCCCIↃↃↃↃ & CCCIↃↃↃ viros. *1100000* Reliquos qui ætate integra ac pulchritudine corporis præstarent, Romam in triumpho ductos, ut ibi cum belluis decertarent. de reliqua turba qui annum XVII. excessissent, eos partim in Ægyptum ad opus faciendum missos: plerosque in provincias divisos, ut in theatris ibi, aut a feris necarentur. Qui autem intra XVII. annum ætatis e-

A Λιμοῦ δὲ τότε τὴν πόλιν ἀφορήτως καταχρατοῦντος, ἦν ἰδεῖν πολλῷ χείρω τῶν πολεμίων τοὺς ἔνδον δρῶντας στασιαστάς. εἴ που γὰρ θύραν ἔνδον κεκλεισμένην, κατακλῶντες εἰσεπήδων, καὶ ἐκ τῶν φαρύγγων διηρπάζοντο τὸν ψωμόν. τούτου δὲ ἕνεκα καὶ γέροντας ἐβασάνιζον, καὶ γυναῖκας ἐσπάραττον, καὶ νήπια ἤρασσον εἰς γῆν. ὀρόβοις δὲ τοὺς πόρους τῶν αἰδοίων ἐμφράττοντες, καὶ ῥάβδοις ὀξείαις τὰς ἕδρας τῶν ἀθλίων διαπερονῶντες, οὕτως ἠνάγκαζον δράκα μίαν ἀλφίτων μηνῦσαι κεκρυμμένην. καὶ χόρτου μὲν σπαράγματα διεμασῶντο. μητέρες δὲ τῶν νηπίων ταῖς ἑαυτῶν χερσὶ τῷ λιμῷ μαραινομένων, ὑπερεώρων, καὶ τῶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν θνησκόντων, καὶ τῇ ἐνδείᾳ καταφθειρομένων παρελογίζοντο. B πᾶσα δὲ οἰκία νεκρῶν πληρουμένη καὶ ἐπόζουσα, ἀργαλέον ἐνέσκηψε λοιμόν. καὶ πλείους ὁ λοιμὸς ἢ ὁ πόλεμος ἀνάλωσε. τί γὰρ παρελείφθη μὴ βρωθέν; τότε καὶ γυνή τις εὐγενὴς καὶ πλουσία, τοὔνομα Μαρία, ἐκ τῆς χώρας καταφυγοῦσα πρὸς τὴν πόλιν, ἐπειδὴ πᾶσαν αὐτῆς ὑπὸ τῶν στασιαστῶν ἀφῃρέθη τὴν περιουσίαν, ὑπομάζιον ἔχουσα τέκνον τοῦτο καταθύει· καὶ ὀπτήσασα, τὸ ἥμισυ μὲν ἔφαγε, τὸ ἥμισυ δὲ καταλείψασα, ἐτήρει. οἱ δὲ τῆς κνίσσης αἰσθόμενοι, καὶ εἰσπηδήσαντες ἀνηλεῶς ἠπείλουν, εἰ μὴ ἐπιδείξειε τὸ μέρος. ἡ δὲ τοῦ παιδαρίου τὰ λείψανα προσαγαγοῦσα· τοῦτο, ἔφη, τὸ ἐμόν ποτε γνήσιον τέκνον, νῦν δὲ παναθλιον, φάγετε καὶ ὑμεῖς, ὅτι κἀγὼ βέβρωκα, καὶ μὴ C γένησθε μου τῆς αὐτὸ γεννησαμένης συμπαθέστεροι· εἰ δὲ ἀποστρέφεσθε, τὸ λοιπὸν ἐμοὶ καταλείψατε. οἱ δὲ οὕτως ἰδόντες καὶ ἀκούσαντες, τὰς αὐτῶν ὄψεις τύψαντες, τρέμοντες, ἐξῆλθον. οὕτω τὸ καλῶς ἐκ κοιλίας ἐξελθὸν βρέφος, εἰς τὴν αὐτὴν πάλιν κακῶς ὑπέστρεψε γαστέρα. καὶ τοῦτο δὲ τῆς θεηλάτου ὀργῆς σημεῖον ἱστόρηται. καὶ γὰρ πολέμου ἐπὶ τῇ τειχομαχίᾳ σφοδρῶς συῤῥηγνυμένου, ἐξαπίνης θύελλα σφοδρὰ μεταξὺ τῶν δύο μερῶν παρεμπεσοῦσα, τὰ παρὰ τῶν Ῥωμαίων μὲν ἀφιέμενα βέλη εὐστόχως ἴθυνεν ἐπ' αὐτούς, τὰ παρὰ Ἰουδαίων δὲ πρὸς αὐτοὺς πεμπόμενα πλάγια παρέσυρεν. ὅθεν τὰς ὄψεις αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς θυέλλης ἀμαυρουμένας θεασάμενοι λαθραίως τε ἐπανέβαινον, καὶ ἐκπόνως κατέκτεινον αὐτούς.

D Ἐπὶ δυσὶ δὲ ἔτεσιν ὁ Τίτος τὴν Ἱερουσαλὴμ παραλαβὼν, πᾶσαν αὐτὴν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν κατηθάλωσεν ἐν πυρί. τότε ἀληθῶς ἐξωλοθρεύθη χρῖσμα καὶ κρίμα, καὶ ἐν συντελείᾳ ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς ἐδόθη, τουτέστι συντετελεσμένην ἀπώλειαν, καὶ πληρεστάτην ἐρήμωσιν τῆς ἀπειθείας αὐτῶν ἐτρύγησαν καρπόν. καὶ τί μοι τὰ πολλὰ λέγειν; Ἰώσηπος ἐκεῖνος φιλαλήθης ὢν, ἱστορεῖ περὶ τούτου, τοῦ τε πολέμου καὶ τῆς ἁλώσεως ἐκεῖσε συνών. τούτῳ τις ἐντυχὼν, εἴσεται σαφέστερον. ὃς τὸν μὲν λαὸν εἰς τριακοσίας μυριάδας ἠριθμεῖσθαι φησὶ, σὺν νηπίοις καὶ γυναιξίν. ἄνδρας δὲ ἑκατὸν δέκα μυριάδας ἐν τῷ λιμῷ καὶ τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐν τῷ συγ- E κλεισμῷ ᾧ ἑαυτοὺς ἑκουσίως ἐν ὑπογαίοις τόποις συνέκλεισαν καὶ κατέκτειναν, διεφθορέναι συγγράφεται· καὶ τοὺς μὲν ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας καὶ σώματος κάλλει διαφέροντας, τῷ θριάμβῳ Ῥώμης ἀχθῆναι εἰς θηριομαχίαν. τὸ ἄλλο δὲ πλῆθος, τοὺς μὲν ὑπὲρ τὰ ιζ΄. ἔτη τοὺς μὲν δεσμίους εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα παραπέμπεσθαι· τοὺς πλείστους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας ὑπορρίζεσθαι φθαρησομένους ἐν θεάτροις καὶ σιδήροις καὶ θηρίοις· τοὺς ἐντὸς δὲ τῶν ιζ΄. ἐτῶν

αἰχμαλώτους ἀπάγεσθαι πραθησομένους διετάξατο. τούτων δὲ μόνον τὸν ἀριθμὸν εἰς θ΄. μυριάδας ἀνδρῶν συνθεωρεῖσθαι.

A

Τότε δὴ καὶ λιμὸν κατὰ τὴν Ῥώμην φασὶ γενέσθαι τοιοῦτον, ὡς ὑπὲρ μυρίους ἐφ᾽ ἡμέραις πλείοσι καθημέραν ἀποθνήσκειν. τότε καὶ Κολοσσὸν φασὶ τοὺς Ῥοδίους ἀναστῆσαι στήλην ἐκ χαλκοῦ τοῦ Διὸς, ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ποδῶν. μετὰ τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἅλωσιν Συμεὼν, ὁ τοῦ Κλεόπα, τὸν θρόνον Ἱεροσολύμων διαδέχεται.

Οὗτος ὁ Νέρων μανίας ἀλόγου πλησθεὶς ἀνεῖλε μὲν τὴν αὐτοῦ μητέρα, καὶ τὴν ἀδελφὴν, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ προσήκοντας πάντας, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων Ῥωμαίων πλείστους. τοῦ καὶ διὰ τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀσελγῆ βίον αὐτοῦ τῇ τραπέζῃ κεραυνὸς ἐπιπίπτει.

B

καὶ εὐθὺς ἐπιτίθενται αὐτῷ τινὲς τῶν ἐν τέλει ἀναιρήσοντες. ὁ δὲ παρεκάλει τοὺς συνόντας αὐτῷ, ἀνελεῖν αὐτόν. ὡς δὲ οὐδεὶς ἠνέσχετο τοῦτο πρᾶξαι· ἐγὼ μόνος, ἔφη, οὔτε φίλον ἔχω τὸν σώζοντα, οὔτε ἐχθρὸν τὸν ἀναιροῦντά με. ἀποθανεῖν θέλει ἡ ψυχὴ, καὶ ἡ χεὶρ οὐχ ὑπηρετεῖ. καὶ τελευταῖον εἰπών, ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης κιθαρῳδὸς ἀπόλλυται, ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ, τινὲς πιλία ὡς ἐλευθερούμενοι ἐφόρεσαν. περὶ οὗ καὶ Βέλβιος, περὶ τῆς κατ᾽ αὐτοῦ ἐπιθέσεως, ὡς οἰκεῖος αὐτοῦ ὢν, ἐρωτηθεὶς παρὰ Νέρωνος, ὡς καὶ αὐτὸς εἶ κατ᾽ ἐμοῦ; ἔφη· ἐφίλησά σε παντὸς μᾶλλον, καὶ ἐμίσησα. ἐφίλησα, ἐλπίσας ἀγαθὸν αὐτοκράτορα ἔσεσθαί σε· μισῶ δὲ, ὅτι ταῦτα ποιεῖς. οὔτε γὰρ ἁρματηλάτῃ, οὔτε κυνηγῷ, οὔτε κιθαρῳδῷ δουλεύειν δύναμαι.

C

Ἐπὶ Νέρωνος ἐν Ῥώμῃ ὕπατος Λεύκιος Κύντος Κικιννάτος, ἄριστος ἐδώχθη. τοῦτον ἡ βουλὴ ἔπεμψε τοὺς παραληψομένους ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ἄρουραν ἐργαζόμενος εἰς σποράν, καὶ ἀκολουθῶν τοῖς βουσὶν, ἀχίτων, περιζωμάτιον ἔχων, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πῖλον. προσδραμόντος δέ τινος, καὶ κελεύσαντος ἐπὶ τὸ κοσμιώτερον ἑαυτὸν ποιῆσαι, παρελθὼν εἰς τὴν καλύβην, καὶ ἀμφιασάμενος προῆλθεν. οἱ δὲ ἠσπάσαντό τε αὐτὸν ὡς ὕπατον, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα περιέθεσαν. ὁ δὲ μικρὸν ἐπισχὼν, καὶ δακρύσας. ἄσπορον ἄρα μοι (ἔφη) τὸ χωρίον ἔσται τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ κινδυνεύσομεν οὐκ ἔχειν πόθεν διατραφῆναι;

D

Ὅτι ἡ ἐπωνυμία τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου, ἡ μὲν Ῥωμαΐζουσα φωνὴ τὸ μήνυμα σημαίνει· μηνύει γὰρ ἡ ἀρχὴ τὴν περίοδον. καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ Ἰνδικτιών. ἡ δὲ Ἑλλὰς φερωνύμως ἔθηκε τὴν ἐπινέμησιν. οὐ γὰρ εἰς ἀπαράβατον καὶ ὡρισμένον βάρος τὸ παλαιὸν οἱ φόροι τοῖς ὑπηκόοις ἐπέττοντο, ἀλλ᾽ ἡ τῶν καρπῶν γένεσις τὴν σύνταξιν αὐτοῖς ἐφιλανθρωπεύσατο. σπανίζουσαν γὰρ ἐλάφρυνεν, εὐθηνοῦσαν δὲ οὐκ ἐβάρυνεν. καὶ διέτεινεν ἀλύπως τοῖς φορολογουμένοις τὸ ἀνάλογον, καὶ τότε, ὅτε χρεία ἐκάλει. μηδενὸς δὲ ὄντος τοῦ φορολογοῦντος, οὐδαμῶς ὁ φόρος ἐπράττετο, ἀλλ᾽ ἐγίνετο κέρδος ὁ πόνος ὅλος τοῖς γεωργήσασι.

E

Γάλβας ἐβασίλευσε μῆνας θ΄. ἡμέρας ιγ΄. ἦν δὲ τῶν εὐπατριδῶν, ὃς εἶχε παραδυναστεύοντα τὸν Ὄθωνα. ὃς καὶ ἰδὼν τὸν Γάλβαν, Λούκιον εἰς υἱοθεσίαν παραλαβόντα, φθονήσας, καὶ τὸ στράτευμα κατ᾽ αὐτοῦ κινήσας, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἀπαιτούμενος δὲ ὁ Ὄθων χρήματα παρὰ τῶν στρατιωτῶν, ἃ ὑπέσχετο αὐτοῖς, ἔφη· οὐ δεῖ αὐτοκράτορα ἀναγκάζεσθαι.

Ὄθων ἐβασίλευσε μῆνας τρεῖς, ἡμέρας η΄. ἦν

Cedren.

rant, eos in servitutem abduci, ac divendi jussisse Titum: & virorum fuisse numerum, qui mancipia abducerentur, xc millia.

Tunc etiam Romæ ajunt tantam extitisse pestem, ut per multos dies quotidie supra ccIↃↃ hominum elata sint. Tunc & Rhodios ferunt Colossum statuisse, æream statuam Jovi, centum viginti septem pedes altam. Post captam Hierosolymam, Simeon Cleopæ filius episcopus ejus urbis factus est.

Nero

Nero plenus rabidi furoris, matrem, sororem, uxoremque suas necavit, & omnes suos cognatos, plurimosque nobilium Romanorum. Propter turpem ac libidinosam ejus vitam, mensa ipsius est de cælo tacta. Statim quidam primarii viri insidias ei struxerunt. Itaque suos ipse hortatus est, ut ipsi manus afferrent. quod cum omnes recusarent: Ego, inquit, solus neque amicum qui me servet habeo, neque inimicum qui me occidat: mori cupit animus, & manus ei non inservit: tandem fatus, O Jupiter quantus artifex & citharœdus perit: se ipsum jugulavit. Eo sublato, quidam pileos, ut libertatem adepti, gestaverunt. De eo Flavius, unus eorum qui ei insidias fecerunt, sic pronun- 93
ciavit. Interrogatus a Nerone, cui erat admodum familiaris, cur se quoque ipsi adversum præberet? Majore, ait, te quam ullum alium & amore & odio sum prosecutus. amore, quod sperabam te bonum fore imperatorem: nunc autem odi te ob tua facta, non enim possum aurigæ, venatori, aut fidicini servire.

Edit. Paris. pag. 216.

Nerone imperante, Romæ consul fuit L. Quinctius Cincinnatus, vir optimus habitus. Is, cum Senatus mitteret qui eum ad occipiendum magistratum vocarent, inventus est sine tunica arans, bovesque sequens subligaculo cinctus, ac pileum gestans. Cum accurrisset quidam, juberetque eum se ornare, in casam ingressus vestem sumpsit: progressusque salutatus est consul, & purpura prætexta veste amictus. Quinctius paululum moratus, flevit, dicens: Ergo ne hoc anno ager mihi non conseretur, & periculum erit de penuria?

Indictio. Tributum.

Nomen annui circuli indictio est apud Latinos: quia principium circuitu indicat. Græcia ab eventu nomen imposuit, ut epinemesin appellaret. Antiquitus enim tributum subditis non ita impositum erat, ut ejus fixa esset & immutabilis ratio: sed juxta frugum proventum humaniter iis imponebatur, ita ut eo tenuiore minus penderent, neque uberiore eo census augeretur. Itaque exactoribus pro portione tribuebant, idque tunc, quando necessitas postulabat. Cum autem nemo exigeret, prorsus censum non pendebant, sed omnis laboris fructus agricolis relinquebatur.

Galba Imperator.

Galba imperavit menses IX, dies XIII. Fuit patricius, habuitque imperii æmulum Othonem. qui cum Lucium a Galba videret adoptari, invidia ductus, exercitum adversus hunc concitavit, eumque interfecit. Otho autem a militibus pecuniam, quam promiserat, postulatus, respondit: Imperatorem non debere cogi.

Otho Imperator.

Imperavit Otho menses III, dies VIII.

tulerit: causamque a Tiberio interrogatus, eam sibi horam vel maxime scansili annorum lege periculosam se intelligere dixerit: itaque Tiberium admiratione captum, ei pepercisse. auctor Plutarchus.

Scripsit Tiberius ad urbium præfectos, ne sibi aliquid legibus adversum per rescripta mandanti, obtemperarent, sed ignorationi id tribuerent. Idem præfectis tardius successores misit, subditis ea in re parcens. Causamque rogatus, fa-
Novi præfecti. bulam protulit. Cujusdam vulneribus muscas insedisse, supervenisse quemdam, qui eas vellet abigere: saucium vero id prohibuisse, quod diceret, in metu se esse, ne earum in locum aliæ sanguinem etiamnum sitientes succederent.

Tradit Eusebius, anno Tiberii XV. Christum baptizatum: quod cum Evangelio congruit. passumque anno Tibe-
Josephus de Joanne & Christo. lib. 18. Cap. 7. rii XVIII, mundi ϽϽϽ IϽ XXXIX. Idem de Joanne Baptista sic scribit. Quidam Judæi existimaverunt, Herodis exercitum a Deo fuisse deletum justa admodum vindicta, ob cædem Joanni cognomento Baptistæ illatam. Hunc enim necari Herodes jusserat, virum bonum, & Judæos ad studium virtutis exhortantem, justitiamque in vitæ communis usu, & ad pietatem Deo præstandam, intelligendumque baptismum. Rursum de Christo idem hæc. (Fuit eo tempore Jesus, vir sapiens, si quidem eum virum appellare licet. nam & mirabilia facta fecit, & homines docuit veritatem libenter amplectentes, multosque etiam de Græcis discipulos habuit. Eum, cum esset a Pilato in crucem actus, prædicare non destiterunt discipuli, qui semel ipsum dilexerant. Tertia enim ab obitu suo die redivivus eis apparuit: cum quidem divini vates hæc & alia de eo miraculosa jam ante testati ac vaticinati fuissent.) Voluit Tiberius, miraculorum a Christo editorum fama excitatus, imperatorio edicto eum inter Deos referre: sed a Senatu impeditus fuit. auctor Eusebius.

Eodem Tiberio imperatore, in locum
Judæ proditoris exitus. proditoris subrogatur ab Apostolis Matthias. Judas, cum sese suspendio affecisset, quotidie ad resipiscentiam exhor-
Edit. Paris. pag. 197. tantibus Apostolis non obtemperans, ut Dominum cælo subiisse audivit, illico ita intumuit, ut medius crepans perierit. Qui si facti pœnitentiam egisset, nunquam profecto eum aspernatus fuisset is, qui omnes vult salvos fieri.

Tiberius ingenio truculentus fuit, vinoque deditus. ideo a Romanis Biberius denominabatur. Suffocavit eum Cajus, fratre ipsius natus, ægrotanti multam injiciens vestem.

C. Caligula imperator. C. Caligula exinde regnavit annos VII, homo stupris supra modum deditus. Is in forum progressus, cum cœnum conspexisset; eo accivit Flavium Vespasianum, tunc ædilem, sed qui postea imperator est factus: inque ejus, ut rempublicam negligentis, vestem cœnum conjici jussit. Eo designabatur, eum rempublicam conturbatam recepturum. Ejusdem Caligulæ imperio Agrippa rex Judææ & Simon Magus baptizantur a Philippo, qui fuit unus de septem diaconis.

Caligulam Claudius necat. Sub hoc Cornelius, primus omnium de gentibus

A παρελθόν. ἐρωτήσαντος δὲ Τιβερίου τὴν αἰτίαν, ἔφη αἰσθάνεσθαι κλιμακτῆρα ἐγγὺς αὐτοῦ μέγιστον ταύτῃ τῇ ὥρᾳ. καὶ τοῦ Τιβερίου θαυμάσαντος, ἐᾶσαι αὐτὸν, φησὶ Πλούταρχος.

Ὅτι Τιβέριος τοῖς τῶν πόλεων ἄρχουσι ἔγραφεν, ὡς εἴ τι παρὰ τοὺς νόμους γράψει, μὴ προσέχειν φησὶν, ὡς ἀγνοήσαντι. οὗτος καὶ βραδέως τοὺς ἄρχοντας διεδέχετο, φειδοῖ τῶν ὑπηκόων. ἐρωτηθεὶς δὲ τὴν αἰτίαν, εἶπε τὴν παροιμίαν τῶν ἐπικαθημένων μυιῶν τοῦ τραυματίου, καὶ τοῦ θελήσαντος ἀποσοβῆσαι ταύτας. καὶ κωλυθέντος ὑπὸ τοῦ τραυματίου, εἰπόντος· ἵνα μὴ ἄλλαι πεινῶσαι αἵματος ἐπέλθωσιν.

Φησὶ δὲ Εὐσέβιος, ὅτι τῷ ιε΄. ἔτει Τιβερίου βαπτίζεται ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (συνῳδὰ τῷ εὐαγ-
B γελίῳ) καὶ ἐν τῷ ιη΄ τὸ σωτήριον ὑπέστη πάθος, ἐν ἔτει τοῦ κόσμου ͵ερλθ΄. Γράφει δὲ καὶ Ἰώσηπος περὶ μὲν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ταῦτα· τισὶ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει, διολωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ Θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τινυμένου δίκην, διὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου Βαπτιστοῦ. τοῦτον γὰρ Ἡρώδης κτείνει, ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκεῖν, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ, καὶ τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβείᾳ χρῆσθαι, καὶ συνιέναι βαπτισμόν. περὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ πάλιν ὁ αὐτός φησιν· ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἰησοῦς ὁ σοφὸς ἀνὴρ ἦν, εἴγε ἄνδρα λέγειν αὐτὸν ἐχρῆν· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, καὶ διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἐν ἡδονῇ τἀληθῆ
C δεχομένων. πολλοὺς γὰρ καὶ ἀπὸ Ἑλλήνων ἠγάγετο Χριστὸς, ὃν Πιλάτου σταυρώσαντος, οὐκ ἐπαύσαντο κηρύσσοντες περὶ αὐτοῦ οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες μαθηταί. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν ἔχων, πάλιν ζῶν τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μαρτυρησάντων περὶ αὐτοῦ θαυμάσια, καὶ εἰρηκότων. οὗτος ὁ Τιβέριος ἀκούσας τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ θαύματα, ἐβουλήθη διὰ βασιλικοῦ τύπου ἀναγορεῦσαι αὐτὸν Θεόν· ἀλλ' ἀντεπράχθη τούτῳ παρὰ τῆς συγκλήτου. καθὼς ἄνω Εὐσέβιος λέγει.

Ὅτι ἐπὶ Τιβερίου μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ἐκλέγεται ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων Ματθίας ἀντὶ τοῦ προδότου. ὅστις Ἰούδας μετὰ τὴν ἀγχόνην, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων παρακαλούμενος καὶ νουθετούμενος πρὸς μετάνοιαν ἐλθεῖν,
D καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐπεὶ ἀνελήφθη ὁ Χριστὸς, ὡς ἤκουσεν, εὐθὺς ὀγκωθεὶς ἐλάκησε μέσος, καὶ ἀπώλετο. εἰ γὰρ εἰς μετάνοιαν ἦλθεν, οὐκ ἂν αὐτὸν ἀπώσατο ὁ πάντας θέλων σωθῆναι.

Τιβέριος δὲ τῷ τρόπῳ καὶ τῇ γνώμῃ, ἀπηνὴς ἦν, καὶ οἴνου ἐλάττων. διὸ καὶ Βιβέριον αὐτὸν Ῥωμαῖοι ἐκάλουν, ὃ σημαίνει παρ' αὐτοῖς τὸν οἰνοπότην. τοῦτον Γάϊος ὁ ἀδελφιδοῦς, ἐν τῇ νόσῳ αὐτοῦ ἱμάτια πολλὰ περιθεὶς, ἀπέπνιξεν.

Ἐβασίλευσε δὲ Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη ζ΄. οὗτος ἦν μοιχικώτατος πάνυ· ὃς προϊὼν ποτὲ τὴν ἀγορὰν, καὶ ἰδὼν πηλὸν ἐν τῇ ὁδῷ, ἤγαγε Φλάβιον Οὐεσπασιανὸν, ἀγορανόμον τότε ὄντα, τὸν μετὰ ταῦτα βασιλεύ-
E σαντα· καὶ ὡς ἀμελοῦντα τῶν κοινῶν, τὸν πηλὸν εἰς τὴν ἐσθῆτα βληθῆναι ἐκέλευσεν· ὅπερ ἐσήμαινε, τὰ κοινὰ τεταραγμένα αὐτὸν παραλήψεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ αὐτοῦ Γαΐου βασιλείας, Ἀγρίππας βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας, καὶ Σίμων ὁ Μάγος βαπτίζεται ὑπὸ Φιλίππου, ἑνὸς τῶν ἑπτὰ διακόνων.

Γάϊος δὲ ὑπὸ Κλαυδίου σφάζεται. ἐπὶ τούτου Κορνήλιος πρῶτος ἐξ ἐθνῶν βαπτίζεται ὑπὸ Πέτρου.

καὶ Παῦλος τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος ἀναδείκνυται. Κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ'. μῆνας θ'. οὗτος δειλὸς ὤν, πάντας τοὺς προσιόντας αὐτῷ ἐποίει ἐρευνᾶσθαι, μή τι ξιφίδιον ἔχωσι. καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις ὡπλισμένοι εἰς φυλακὴν παρειστήκεισαν αὐτῷ. ἐξ οὗ καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς βασιλεῖς ἔθιστο γίνεσθαι τοῦτο. ἐπὶ τούτου καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἦν φιλόσοφος Πυθαγόρειος, στοιχειωματικός. οὗτος ἐν Βυζαντίῳ ἐλθὼν, παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων, ἐστοιχείωσεν, ὄφεις μὲν καὶ σκορπίους μὴ πλήσσειν, κώνωπας μηδὲ παρεῖναι, ἵππους μὴ κατοφρυοῦσθαι, μήτε μὴν ἀγριαίνεσθαι κατ' ἀλλήλων, ἢ καὶ κατά τινος. καὶ Λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐστοιχείωσεν, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμαίνεσθαι.

Τότε Αἰγύπτιος λῃστὴς ἐξήγαγεν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς σικαρίους· οὓς μετῆλθε Φῆλιξ ὁ ἡγεμών. σικαρίους δὲ αὐτοὺς ὠνόμαζεν, ἀπὸ τῶν σικαρίων, εἰσὶ μαχαίρια μικρὰ, ἃ ἐπεφέροντο κρυφῆ, εἰς τὸ λαθραίως τοὺς παρατυγχάνοντας πλήττειν. καθ' ὃν καιρὸν μεταξὺ Θήρας καὶ Θηρασίας, νῆσος ἀνεφυσήθη στάδια λ'.

Οὗτος πόλιν ἔκτισεν, ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι καλέσας αὐτὴν Κλαυδιούπολιν, καὶ Ἰουδαίους τῆς Ῥώμης ἀπήλασεν. ἐπὶ τούτου κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα συγχύσεως γενομένης ἐν Ἱεροσολύμοις, μόνοι πατηθέντες καὶ ἀποθανόντες εὑρέθησαν τρισμύριοι. Οὗτος οὐ μόνον Ἰουδαίους ἐτυράννει, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐν Ῥώμῃ ἐπισήμους ἀναιρῶν, ἐλάμβανεν αὐτῶν τὰς οὐσίας. πρὸς τούτοις καὶ δουλοκρατίαν νομοθετήσας, ἐπέτρεψε κατηγορεῖν τῶν δεσποτῶν, εἴ τι συνείδοιεν αὐτοῖς πλημμέλημα. ἀφ' οὗ ἐντεῦθεν δεινὰ συμφορὰ κατειλήφει τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, τῶν οἰκετῶν μεγάλας τιμωρίας ὑποβαλλόντων τοὺς δεσπότας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰς μανίαν ἐκτραπεὶς, ἀθέσμά τινα διεπράττετο. φονεύσας δὲ τοὺς φονεῖς Γαΐου, ἀνῃρέθη ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς φαρμάκῳ.

Ἐπὶ τούτου Ἰάκωβος ὁ Ζεβεδαίου ἐμαρτύρησε, καὶ Μάρκος δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον προτροπῇ Πέτρου συνεγράψατο. καὶ ἐν Αἰγύπτῳ σταλεὶς ὑπ' αὐτοῦ, πρῶτος ἐκκλησίαν πηξάμενος, πολλὰ μοναστήρια συνεστήσατο, ἅπερ σεμνεῖα τότε προσηγορεύθησαν, καθώς φησιν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. ὅτι Μάρκον πρῶτον ἴσμεν ἐν Αἰγύπτῳ τὸ εὐαγγέλιον συγγεγραφέναι, καὶ ἐκκλησίαν πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι. τοσαύτη δὲ τῶν αὐτόθι πεπιστευκότων πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς συνέστη, δι' ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης καὶ σφοδροτάτης, ὡς καὶ συγγραφῆς ἀξιῶσαι τὰς διατριβάς τε καὶ συνελεύσεις καὶ πᾶσαν ἄλλην τοῦ ἀρίστου βίου διαγωγὴν, Φίλωνα τὸν σοφώτατον, ὡς καὶ αὐτόπτην τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, καὶ αὐτήκοον καὶ συνόμιλον ἐν Ῥώμῃ γενόμενον. τῶν γὰρ παρ' ἡμῶν ἀσκητῶν ἀποδεχόμενος τὸν βίον, ἐκθειάζει σφόδρα, καὶ σεμνύνει τοὺς κατ' αὐτὸν ἀποστολικοὺς ἄνδρας, ἐξ Ἑβραίων, ὡς ἔοικε, γεγονότας καὶ τῶν Ἐσσαίων τὴν ἄσκησιν καὶ πολιτείαν εὖ μάλα προεκπονηθέντων.

Ἥτις γε τὴν γραμματέων καὶ Φαρισαίων τὴν δικαιοσύνην ἐξ ἐπιμέτρου διενίκησαν. ἀπὸ γὰρ Ἰωναδὰμ υἱοῦ Ῥηχὰβ καταγόμενοι οὗτοι, τὸ πανάριστον ἀκτημοσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην καὶ σκληραγωγίαν ἐπέτεινον. καθώς φησι καὶ Ἰώσηππος περὶ αὐτῶν. ὅτι Ἐσσαῖοι Ἰουδαῖοι μὲν εἰσὶ τὸ γένος, φιλάλληλοι δὲ, καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβεῖς πλέον. οἱ τὴν μὲν ἡδονὴν ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν

A baptizatur a Petro: & Paulus instrumentum electionis, Christi patefactione Apostolus designatur. Imperavit Claudius annos XIII, *Claudius imperator.* menses IX. Is adeo fuit meticulosus, ut omnes ad se accedentes excuti juberet, ne quis forte sicam gestaret. Atque in conviviis armato utebatur præsidio: quod ab eo cœptum, reliqui etiam deinceps usurpaverunt imperatores. Eo imperante Apollonius fuit, patria Tyaneus Philosophus Pythagoreus, *Apollonius Tyaneus.* 90 qui magicis notis mira præstabat. Cum enim Byzantium profectus ab incolis rogaretur, suis magicis artibus effecit, ne serpentes eo, aut scorpii accederent: neque culices, ne equi ferocirent, neve illi vel mutuo vel in alios animantes rabie sævirent. B Lycum quoque amnem compescuit, ne suis exundationibus Byzantio noceret.

Tunc Ægyptius latro sicarios in solitudinem eduxit: quos Felix præfectus ultus est. Eodem tempore inter Theram & Therasiam insula enata est, stadiorum XXX.

Claudius urbem condidit de suo nomine Claudiopolin: & Judæos Roma expulit. Ejus tempore cum inter paschatis celebrationem tumultus extitisset, XXX millia hominum tantum elisi atque interfecti sunt. Neque in Judæos modo ille sæviit, sed & Romæ nobilissimum quemque trucidavit, ejusque bona sibi vindicavit. Ad hæc, servili potestate legibus confirmata, servis permisit ut dominos suos *Edit. Paris. pag. 193.* accusarent, si cujus eorum delicti essent C conscii. quæ res atroces per orbem terrarum calamitates excitavit, cum omnes passim servi dominis suis gravia supplicia conciliarent. Quin & eo vecordiæ est prolapsus, ut summis sese flagitiis pollueret. Tandem cum Caii percussores necasset, veneno est ab uxore sua sublatus.

Hoc rerum potiente, Jacobus Zebedæi F. supplicio suo veritati testimonium tulit. & Marcus Evangelium Petri monitu conscripsit: *Marci Evangelium.* missusque ab eo in Ægyptum, primus fundata ecclesia, ibi multa monasteria instituit, quæ a gravitate virorum ibi degentium Semneia tunc appellabantur: *Prima monasteria.* quemadmodum Eusebius Pamphili scribit: Primum Marcum scimus in Ægypto Evangelium composuisse, primumque Ecclesiam apud ipsam Alexandream D instituisse. Tanta autem primo eo aggressu multitudo virorum mulierumque fidem Evangelio adhibens, exercitationi virtutum vehementissimæ & quam maxime philosophicæ sese dedit, ut eorum consuetudines, conventus, cæteramque optimæ vitæ rationem describere dignatus sit Philo doctissimus vir, qui Romæ Petrum Apostolum vidit, audivit, cumque eo est collocutus. Is enim nostrorum, quos ab exercitatione bonorum operum Ascetas vocabant, probans vitam, mirum in modum laudibus tollit, ac magnifice prædicat Apostolicos suæ ætatis viros, ab Ebræis (ut videtur) oriundos, ac Essæo- E rum moribus & disciplina præclare prius institutos.

Essæorum secta, scribarum & Pharisæo- *Essæi.* rum justitiam magno post se reliquit intervallo. Ii a Jonadabo Richabi F. genus 91 ducentes, præstantissimam longe nihil possidendi rationem, justitiam, temperantiam, atque duriter agendæ vitæ institutum intenderunt: sicut & Josephus de iis scribit. Essæi natione Judæi sunt. Ii amore mutuo, & religione aliis antecellunt, vo-

luptatem tamquam flagitium aversantur: temperantiam, continentiam & affectuum vacuitatem virtutis loco sectantur. matrimonia ipsi negligunt, alienos autem liberos tenera adhuc ætate suscipientes docent, ac pro suis habent, suisque eos moribus formant. Legitimas castasque nuptias, & successionem iis propagatam probant: vitiosos autem & Deo invisos concubitus ac lasciviam summopere abominantur. Divitias & opulentiam contemnunt: nihil possidere gaudent, quod id præstet ut vita a studio virtutis nequaquam abstrahatur, aut impediatur. Nullum prophanum verbum ante solis ortum edunt: preces autem & psalmorum cantum a media nocte ad lucem usque Deo religiose ac cum gravitate offerunt. eo facto, quisque ad suum munus a præside dimittitur. Id cum quisque pro se jejunus atque inter divinarum rerum considerationem obiit, hora sexta ad prandium in commune conveniunt, magna cum modestia atque silentio. Ibi pistor panes ordine singulis proponit, ac cocus vasculum de unico cibi genere singulis affert. ante autem quam cibum, purum eum & castum, capiant, sacerdos preces fundit. nam nefas putant gustare aliquid, Deo non ante invocato. Idem precandi mos est prandio finito: omninoque & principium & finem suarum actionum habent Dei assiduam venerationem. Finito prandio, ad opera sua digressi, ea usque ad vesperam tolerant; cœnaque consueto silentio & modestia refecti, rursum ad preces conveniunt, brevissimo & levissimo somno excusso. cujus rei causa est continuum jejunium, & quod eis certa mensura datur cibus potusque exilis & vulgaris ac parcus: neque enim apud eos ulla est satietas, aut ventris repletio: sed magnas defectus, & paucissima requirere didicerunt. Si quis ad eos se conferat, eamdem vitæ rationem sectandi causa, is non statim exploratione aut exercitatione nulla præmissa admittitur: sed per annum foris jubetur eodem victu iisdemque moribus ali. securis ei datur, & subligaculum, ac tunicula misera: itaque operibus & dictis optimis exercetur. Postquam tolerantiam suam probavit, alio biennio de moribus ejus & obedientia omnibus in rebus fit periculum: ita tandem dignus atque idoneus judicatus, in sacrum cœtum recipitur. Ante omnia terribili jurejurando obligare se cogitur, primo ad pietatem observandam, Deumque pura mente & corpore colendum: deinde ad juste cum omnibus hominibus ac sine personæ ullius respectu agendum, quod neque læsurus quemquam dedita opera, neque injustis se socium præbiturus sit; quod pro virili & culturus & defensurus sit justitiam: voluptatibus, rebus non necessariis ac mollitiei deditam vitam ad mortem usque declinaturus. Rursus præter hæc jurant, nemini se quicquam omnino sacræ istius doctrinæ ac venerabilium studiorum secus traditurum, quam ipsi acceperint: omnem diversam opinionem ac religionem vitaturos: huic divinæ religioni unice usque ad sanguinem se pie ac reverenter operam navaturos. Consequantur hoc multi ipsorum perpetua exercitatione atque puritate, ut divino nutu atque gratia etiam futura prævideant, dum jugi studio vatum oracula & reliquum sacrarum litterarum lectitantes, precibusque incumbentes, ita erudiuntur.

Edit. Paris. pag. 199.

A δὲ σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμος μὲν παρ' αὐτοῖς ὑπερορᾶται· τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας νέους ἔτι προσλαμβανόμενοι καὶ διδάσκοντες, ὡς συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσι. καὶ τὸν μὲν ἔννομον καὶ σώφρονα γάμον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν ἀποδέχονται· τὰς δὲ πονηρὰς καὶ θεοστυγεῖς μίξεις καὶ ἀσελγείας τέλεον ἀποστρέφονται καὶ ἀποβάλλονται. καταφρονεῖται δὲ παρ' αὐτοῖς πλοῦτος καὶ πολυκτησία, τὴν δὲ ἀκτημοσύνην ὡς ἀπερίσπαστον καὶ ἐνάρετον ἀσπάζονται. καὶ πρὶν μὲν ἀνίσχειν τὸν ἥλιον, οὐδὲν ἀργὸν φθέγγονται, προσευχὰς δὲ καὶ ψαλμῳδίας ἐκ μέσης νυκτὸς B μέχρις αὐγῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀναφέρουσι μετ' εὐλαβείας καὶ σεμνότητος. καὶ οὕτω πρὸς ἣν ἕκαστος ἔχει τέχνην, ὑπὸ τοῦ προεστῶτος ἀποστέλλεται. καὶ μέχρις ὥρας * ἕκτης μετὰ νήψεως καὶ θεολογίας, οὕτως ἐπὶ τὸ δειπνητήριον συναθροίζονται, μετ' εὐλαβείας καὶ ἡσυχίας πολλῆς. καὶ ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος πάντοτε προσάγει. καὶ προκατεύχεται δὲ τῆς τροφῆς ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς ὁ ἱερεύς. ἀθέμιτον γὰρ πρὸ τῆς εὐχῆς ἡγοῦνται γεύσασθαί τι. καὶ πάλιν ἀριστησάντων, ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. καὶ ἁπλῶς ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι, γεραίρουσι τὸν Θεὸν ἀδιαλείπτως. καὶ αὖθις ἐπ' ἔργα μέχρις ἑσπέρας διακαρτε- C ρήσαντες, καὶ δειπνήσαντες μετὰ τῆς συνήθους σιωπῆς καὶ σεμνοπρεποῦς καταστάσεως, ἐπ' εὐχὰς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κουφοτάτους ἐκτινασσόμενοι. ὑπὲρ ἔστιν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ πόσιν λιτὴν καὶ ἀπερίεργον καὶ σπανίζουσαν. οὐδεὶς γὰρ παρ' αὐτοῖς κόρος, καὶ χορτασία κοιλίας, ἀλλ' ἔνδεια πολλὰ καὶ ὀλιγοδεία. τὸν δὲ προσερχόμενον ζηλῶσαι τὸν βίον, οὐκ εὐθὺς ἀδοκιμάστως καὶ ἀγυμνάστως παραδέχονται· ἀλλ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι, τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν καὶ κατάστασιν. ἀξινάριόν τε καὶ περίζωμα δόντες, καὶ πενιχρὸν ἱμάτιον, γυμνάζουσιν ἐπ' ἔργοις ἀρίστοις καὶ λόγοις. εἶ- D τα μετὰ τὴν τῆς καρτερίας ἐπίδειξιν, δυσὶν ἄλλοις ἔτεσιν τὸ ἦθος καὶ τὸ ἐν πᾶσιν ὑπήκοον δοκιμάζεται. καὶ φανεὶς ἄξιος καὶ δόκιμος, οὕτως εἰς τὸν ἱερὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρό γε οὖν πάντων ὅρκους φρικώδεις ἀπαιτοῦσι, πρῶτον μὲν εὐσεβεῖν καὶ θεραπεύειν ἐξ ὅλης καὶ καθαρᾶς ψυχῆς καὶ σώματος τὸ θεῖον· ἔπειτα δὲ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάττειν ἅπαντα καὶ ἀπροσωπόληπτα, καὶ μὴ κατὰ γνώμην βλάψαι τινά. μήτε μὴν συγκοινωνεῖν ἀδίκοις, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν τοῦ δικαίου καὶ φροντίζειν καὶ βιάζεσθαι πάντως, καὶ τὸν ἐνήδονον καὶ περιττὸν καὶ ὑγρὸν ἀποστρέφεσθαι βίον μέχρι θανάτου· πρὸς δὲ τούτοις ὀμνύουσι πάλιν, μηδενὶ μὲν τὸ παράπαν μεταδοῦναι τῶν E δογμάτων, καὶ τῶν ἁγιοπρεπῶν τούτων ἐπιτηδευμάτων ἢ ὡς ἀκριβῶς αὐτὸς παρέλαβεν· ἀφέξεσθαι πάσης ἐναντίας δόξης καὶ λατρείας, καὶ ταύτῃ μόνῃ προσανέχειν τῇ θείᾳ, μέχρις αἵματος θρησκείᾳ καὶ καταστάσει. ἐκ τῆς πολλῆς δὲ ἀσκήσεως καὶ καθαρότητος πολλοὶ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν ἐκ θείας ἐπιπνοίας καὶ χάριτος, ἀκαταπαύστῳ μελέτῃ προφητῶν καὶ λοιπῶν ἱερῶν λογίων, καὶ προσευχῇ ἐμπαιδοτριβούμενοι.

* σίμπτει, Joseph.

A Ταύτην οὖν ὁ Ἰώσηππος ἄκρος ἀσκήσας τὴν φιλοσοφίαν, ἐπὶ μείζονι προκόπτειν ἐσπούδαζεν. ἀκούσας γάρ τινα διαφερόντως ἀσκοῦντα κατὰ τὴν ἔρημον Ἀββᾶν ὀνομαζόμενον, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων καλυπτόμενον, τροφῇ δὲ αὐτομάτως φυομένῃ χρώμενον· καὶ τὴν ἄκραν ἄσκησιν αὐτοῦ ζηλώσας, πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο. καὶ τρεῖς παρ' αὐτῷ ποιήσας ἐνιαυτοὺς εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεψε, καὶ νῦν τῶν Φαρισαίων ἐπολιτεύετο δικαιοσύνῃ.

Ὁ δέ γε Φίλων, ὡς εἴρηται, περὶ τῶν ἐξ Ἑβραίων ἡμετέρων ἀσκητῶν ἀναφανέντων, μέμνηται σαφῶς ἐν τῷ λόγῳ, ἐν ᾧ ἐπέγραψε περὶ θεωρητικοῦ βίου. οὓς θεραπευτὰς, καὶ τὰς ὁμοιοσχήμους καὶ ὁμοτρόπους γυναῖκας θεραπευτρίδας ὠνόμασε. καὶ θεραπευταὶ μὲν (φησι) ἐκέκληντο, ἢ παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς B ἀπὸ κακίας παθῶν, ἰατρῶν δίκην, ἀπαλλάττοντας θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ τὸ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς θεραπείας καὶ θρησκείας ἕνεκα. εἶτά φησι πρῶτα μὲν ἀρχόμενοι φιλοσοφεῖν, ἐξίστανται τῶν προσηκόντων, καὶ τῶν ὑπαρχόντων· ἔπειτα δὲ πάσαις ἀποταξάμενοι ταῖς τοῦ βίου φροντίσι, καὶ ἔξω τειχῶν προελθόντες, ἐν μοναγρίοις καὶ κήποις καὶ ὄρεσι τὰς διατριβὰς ποιοῦνται, τὰς ἐκ τῶν ἀνομοίων ἐπιμιξίας ἀλυσιτελεῖς τε καὶ βλαβερὰς εἰδότες, τὸν προφητικὸν ζηλοῦσι καὶ ἀσκοῦσι βίον. ὕπο πολλαχοῦ μὲν τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τὸ γένος, (ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου μετασχεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν βάρβαρον) ἐν Αἰγύπτῳ δὲ πλεονάζει, καὶ μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. καὶ ἐν ἑκάστῃ συμμορίᾳ οἴκημα ἐστὶν ἱερὸν, C ὃ καλοῦσι σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδεὶς μηδὲν κομίζοντες, μὴ ποτὸν, μὴ σῖτον, μηδέ τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν ἀναγκαῖα· ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους καὶ τἄλλα, οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται καὶ τελειοῦνται. τὸ δὲ ἐξ ἑωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας διάστημα, σύμπαν αὐτοῖς ἐστὶν ἄσκησις. ἐντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν. ἐγκράτειαν δὲ ὥσπερ τινὰ θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι τῇ ψυχῇ, τὰς ἄλλας ἐποικοδομοῦσιν ἀρετάς. Σιτίον γὰρ ἢ ποτὸν οὐδεὶς αὐτῶν προσενέγκοιτο πρὸ ἡλίου δύσεως. ἐπειδήπερ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν ἄξιον φωτὸς κρίνουσι, σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας. ἔνιοι δὲ καὶ διὰ D ἡμερῶν τριῶν ὑπομιμνήσκονται τροφῆς, οἷς πλείων ὁ πόθος τῆς ἐπιστήμης ἐνίδρυται. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνευφραίνονται καὶ τρυφῶσιν, ὑπὸ σοφίας ἑστιώμενοι πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης, ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν, μόγις δὲ ἡμερῶν ἓξ ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἐθισθέντες. αἱ δὲ ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν λογίων γίνονται αὐτοῖς δι' ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις. πᾶσα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ζώῳ ἐοικέναι· καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς διαλέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν ἀποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν. ὡσαύτως δὲ τῆς αὐτῆς εἰσὶν ἱερᾶς πολιτείας καὶ καταστάσεως καὶ γυναῖκες, ὧν αἱ πλεῖσται γηραλέαι τυγχάνουσι, καὶ παρθένοι, καὶ τὴν ἁγνείαν οὐκ ἀνάγκῃ, καθάπερ E ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν φυλάξασαι διὰ πρόσκαιρον ἔπαινον, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἀγαθῆς ὀρεχθεῖσαι τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ καὶ αἰώνια.

Ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, τά τε ἀρχῆθεν πρὸς τῶν Ἀποστόλων παραδεδομένα ἔθη καταλαβὼν ὁ Φί-

In hoc studio cum Josephus ad summam perfectionem provectus, majores adhuc facere progressus cuperet: audito quemdam in solitudine vitam degere, Abbam nomine, cui sub arboribus latibula, vestis, cibus quem terra ultro educeret: ductus æmulatione ejus tam absolutæ exercitationis, ad ipsum se contulit, trienniumque cum homine versatus in urbem rediit, Pharisæorumque justam vitam coluit. *Josephus Asceta.* *Edit. Paris. pag. 200.*

Cæterum Philo de Ebraicis nostris Ascetis perspicuam facit mentionem, in libro quem de vita contemplationi dedita inscripsit. Mares therapeutas, fœminas habitu & moribus utentes iisdem therapeutidas nominat: idque nominibus eis ait inditum, vel quod animas eorum qui se ad ipsos conferunt, a vitiis medicorum instar sanant, quod Græce est therapeuin: vel quod Deo pure atque sincere colendo serviunt. nam servire etiam, seu famulum esse, Græcum vocabulum significat. Addit deinde Philo: Hi ergo cum primum se ad sapientiæ studium applicant, bona sua atque possessiones resignant: deinde omnibus vitæ curis valere jussis, urbes egressi, in solitariis villis, hortis, aut montibus vitam degunt. quippe consuetudinem peccantium damnosam scientes, vatum priscorum æmulantur atque imitantur vitam. Hoc genus hominum est in diversis mundi partibus: bonum enim perfectum oportebat & ad Græcos pervenire, & ad barbaros. In Ægypto autem magna est ejus copia, maxime apud Alexandriam: & in quavis classe domus est sacra, quod Semneum dicitur, & Monasterium, quod in ea ab hominum turba seclusi venerabilis vitæ mysteriis initiantur, nihil quisquam afferentes, non potum, non cibum, non quidquam aliud eorum quæ ad usus corporis sunt necessaria: sed leges & oracula vatum, hymnos, atque alia quibus Dei cognitio & cultus augentur atque perficiuntur. Quicquid est ab aurora ad vesperam usque temporis, id omne iis exercitationibus impeditur. Sacras enim litteras legentes, philosophiam paternam exercent. Continentiam tamquam fundamentum in animo suo locant, superque eam reliquas extruunt virtutes. Nemo eorum cibum potumve gustat ante solis occasum. Etenim philosophari dignum luce putant, tenebras corporis necessitatibus congruere. Quidam scientiæ ardentiori desiderio alimenta tertio tantum quoque die admittunt. alii tantum lætitiæ ac voluptatis studio sapientiæ immorando percipiunt, abunde doctrinæ suppeditantis, ut eo veluti convivio detenti, ægre sexto demum die cibum sumere adsueverint. Cæterum divinorum oraculorum expositio per allegorias, quas vocant, ab iis fit, cum tectus verborum sensus elicitur. Tota enim lex sacra iis hominibus videtur animali similis: cujus corpus verba referant: animam autem, qui abditus sub iis conspectum fugit sensus. Eadem est & sacrarum mulierum conversatio. Pleræque earum vetulæ jam, virginitatem non coactæ, sicuti quædam apud Græcos sacerdotes momentaneæ laudis causa, sed instituto bono, ac cupiditate futurorum atque æternorum bonorum conservarunt. *Philo de Therapeutis.* *pag. 201.*

Constat autem Philonem hæc scripsisse, quo tempore primum Evangelii præconium divulgatum est, cum instituta Apostolo-

rum prima ipse vidisset. Idque Eusebius in historia Ecclesiastica, & ad Marinum scribens testatur. Eodem modo etiam magnus ille Athanasius scribit. Cum enim, inquit, duo sint vitæ genera, mediocre unum, & humanæ vitæ accommodatum, quod est in matrimonio: alterum angelicum & Apostolicum atque incomparabile, quod est virginitatis atque monasticæ vitæ: si quis sane mundanum, id est conjugii, ingressus fuerit, culpandus non est, dona tamen tanta non accipiet: accipiet tamen, quia is est qui trigecuplum fructum fert. Quod si quis castum illud mundoque superius amplectatur, tametsi id principio asperum atque difficile videatur, tamen legitime confecto certamine, toleratisque ærumnis dona consequetur majore digna admiratione: tulit enim fructum centuplum, perfectum & plenissimum, splendidum omnino, atque sancta dignitate insignem. Quo igitur modo antiqua lex in duo vitæ genera fuit distincta, alterum Pharisaicum & sublime, alterum eo deterius & hujus vitæ necessitatibus obnoxium: ita & Christianorum nova lex in monasticam ac sublimem, & in vulgarem vivendi rationem tribuitur.

Pharisæi nomen a separatione habent, quod sese ab omnibus aliis sejunxissent, ut vitam purissimam atque accuratissimam secundum legis præscriptum possent agere. Eamdem vitæ rationem etiam legis doctores, Scribæ dicti, tenuerunt. Eadem utrinque studia continentiæ, virginitatis, jejunii bis in septimana, sextariorum patellarum atque poculorum ablutionis, decimationis & primitiarum, assiduarum precum, ac reliqua omnia. Mirabiles autem Essæi iis potiores sunt, qui longe his antecellunt. Sane Paulus Pharisaicam vitam ut præstantissimam sectatus, haud obscure eam rem jactat: Ebræum se ex Ebræis, & Pharisæum secundum legem nominans. Itaque Dominus noster perfectiorem & angelicam vitam perspicue præscribens, haud injuria denunciavit cælestem hæreditatem appetentibus, eos in regnum cælorum non intraturos, nisi justitiam Pharisaica & scribarum justitia ampliorem consecuti fuissent. Atque hinc Dionysius ille apostolicus, sacrum monachorum ordinem prædicans, ita loquitur. Omnium sacrorum ordinum supremus est celsissimus monachorum ordo, purgatus exactissime secundum universam facultatem, omnique ornatus castitate suarum actionum. Itaque beati nostri majores sacris seipsos nominibus affecerunt, Therapeutas & Monachos appellantes, eo quod Deo caste serviunt. Hæc pauca de multis necesse habui colligere ac referre, propter eos qui disputant, quando & unde monachorum cœperit ordo, atque vitæ institutum. Ubi sunt ergo imaginum oppugnatores, qui monasticam vitam una cum aliis Apostolicæ Ecclesiæ traditionibus atque constitutionibus impie & stolide rejiciunt atque conspuunt, recentes Judæi? qui impium ac diis invisum suum initiatorem Copronymum secuti, novum esse atque recentem hunc ordinem asserunt, summa insania, dementia ac stultitia decepti, neque vel quid dicant, vel de quibus asseverent intelligentes? Nos autem doctrinam sanctorum patrum secuti, credimus eum vetustum atque antiquum esse.

A λων ἔγραψε ταῦτα, παντί που δῆλον. ὡς καὶ Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ταῦτα λέγει. ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον ταῦτά φησιν· ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος φησί· δύο γὰρ ὁδῶν καὶ πολιτειῶν οὐσῶν ἐν τῷ βίῳ, μιᾶς μὲν μετριωτέρας καὶ βιωτικῆς, τοῦ γάμου λέγω· ἑτέρας δὲ ἀγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς καὶ ἀνυπερβλήτου, τῆς παρθενίας, ἤτοι τῆς μοναδικῆς πολιτείας· εἰ μέν τις τὴν κοσμικὴν, τουτέστι τὸν γάμον ἕλοιτο, μέμψιν οὐκ ἔχει. τοσαῦτα δὲ χαρίσματα οὐ λήψεται, λήψεται μέντοι, ἐπειδὴ φέρει καὶ αὐτὸς καρπὸν τὸν τριάκοντα. εἰ δὲ τὴν ἁγνὴν καὶ ὑπερκόσμιον ἀσπάσοιτό τις, εἰ καὶ τραχεῖα παρὰ τὴν ἀρχὴν μάλιστα καὶ δυσκατόρθωτος φαίνεται, ἀλλ' ἔχει μετὰ τὴν B ἑπόμενον ἄθλησιν καὶ καρτερίαν χαρίσματα θαυμασιώτερα καὶ ἀξιάγαστα. τὸν γὰρ τέλειον καὶ πληρέστατον καρπὸν, τὴν ἑκατοντάδα λέγω, φαιδρὸν καὶ ἀγλαοπρεπῆ πάντως ἐγκαρπώσεται. οὐκοῦν ὥσπερ ὁ παλαιὸς νόμος εἰς δύο βίους ἦν διῃρημένος, εἴς τε τὸν Φαρισαϊκὸν, καὶ ὑψηλὸν, καὶ εἰς τὸν ὑποδεέστερον καὶ κοσμικόν· οὕτω δὴ καὶ ὁ κατὰ Χριστιανισμὸν νέος θεσμὸς εἰς μοναδικὸν ὑπερφερῆ, καὶ βιωτικόν.

Φαρισαῖοι τοίνυν, ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι καὶ μεμερισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐλέγοντο, εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ νόμου ἐντάλματα. τὸν δὲ αὐτὸν βίον μετέρχονται καὶ οἱ γραμματεῖς, παρ' οἷς καὶ πολιτεία ἡ αὐτὴ, ἐγκράτειά τε καὶ παρθενία, νηστεία δὶς τοῦ σαβ- C βάτου, ξεστῶν καὶ πινάκων καὶ ποτηρίων καθαρισμοὶ, ἀποδεκατώσεις τε καὶ ἀπαρχαὶ καὶ ἐνδελεχεῖς εὐχαὶ, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. ὑπεξαιρουμένων δηλονότι τῶν θαυμασίων Ἐσσαίων, ὡς ὑπερτέρων σφόδρα. καὶ λίαν ὑπερκειμένων. ἣν δὴ φαρισαϊκὴν ὡς ἄριστον πολιτείαν ὁ Παῦλος ζηλώσας, εὖ μάλα σεμνύνεται, φάσκων. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων κατὰ νόμον Φαρισαῖος. ὅθεν εἰκότως καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν τὸν τελειότερον καὶ ἀγγελικὸν ὑποτιθέμενος ἐναργῶς βίον, ἔφασκε πρὸς τοὺς ἐραστὰς τῆς οὐρανίου κληρουχίας· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἔνθεν γέ τοι καὶ ὁ ἀποστολικὸς Διονύσιος, ἀποσεμνύνων τὴν ἱερὰν τῶν μοναχῶν τάξιν, οὕτω φησίν· Ἡ δὲ τῶν D τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις, ἡ τῶν μοναχῶν ἐστὶν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένην κάθαρσιν ὁλικῇ δυνάμει, καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἁγνότητι· ἔνθεν οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνυμιῶν ἑαυτοὺς ἱερῶν ἠξίωσαν, οἱ μὲν θεραπευτὰς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάσαντες, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας. Ταῦτα ἐκ πολλῶν ἐρανισάμενος ὀλίγα, ἀναγκαίως οἶμαι συντέθεικα, διὰ τοὺς ἐπαπορήσαντας πότε καὶ πόθεν ἡ τῶν μοναχῶν ἤρξατο διαγωγή τε καὶ ἄσκησις καὶ τάξις. ποῦ τοίνυν εἰσὶν, οἱ τὴν μοναδικὴν πολιτείαν μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας θείων παραδόσεών τε E καὶ θεσμῶν εἰκονομάχοι δυσσεβῶς καὶ ἀνοήτως ἀποβαλλόμενοι καὶ διαπτύοντες, ἀρτιφανεῖς Ἰουδαῖοι; καὶ κατὰ τὸν ἀσεβῆ καὶ θεοστυγῆ μυσταγωγὸν αὐτῶν Κοπρώνυμον, νέαν καὶ πρόσφατον ταύτην δογματίζοντες ἐξ ἄκρας μανίας τε καὶ ἀπονοίας καὶ ἀβελτηρίας· μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται; ἡμεῖς δὲ ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων πατέρων ἑπόμενοι, καὶ ἀρχαίαν ταύτην καὶ παλαιὰν πιστεύομεν ὑπάρχειν.

Ἀλλὰ

Vitæ monasticæ commendatio, ex Athanasio. Matth. 13.

Pharisæi & Scribæ.

Philip. 3.

Edit. Paris. pag. 202.

Matth. 5.

Monachatus laus.

* Scriptum erat etiam ὑποταγ.

A Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος περὶ * ὑποταγῆς καὶ μοναδικῆς πολιτείας ἐξιὼν, οὕτως ἔφη· διὰ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος Κύριος, κηδόμενος ἡμῶν τῆς σωτηρίας, εἰς δύο βίους διεῖλε τὰ τῶν ἀνθρώπων, συζυγίαν καὶ παρθενίαν. ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸ τῆς παρθενίας καὶ ἀσκήσεως ἆθλον, ἔλθῃ εἰς συνοικεσίαν γυναικὸς, ἐκεῖνο εἰδὼς, ὡς ἀπαιτηθήσεται λόγον σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ, καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἐν συζυγίαις καὶ παιδοτροφίαις ἁγίους ὁμοίωσιν, τούς τε ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ τῇ νέᾳ. πάντες γὰρ ἄνθρωποι ἀπαιτηθησόμεθα τὴν πρὸς τὸ εὐαγγέλιον ὑπακοὴν, μοναχοί τε, καὶ οἱ ἐν συζυγίαις. ἀρκέσει γὰρ τῷ ἐπὶ γάμον ἐλθόντι εἰς συγγνώμην, τὸ τῆς ἀκρασίας, καὶ τῆς πρὸς τὸ θῆλυ ἐπιθυμίας καὶ συνουσίας. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐντολῶν πᾶσιν ὁμοίως νενομοθετημένα, οὐκ ἀκίνδυνα τοῖς παραβαίνουσι, B καθώς φησιν ὁ Κύριος πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι τῶν θείων καὶ μακαρίων πατέρων, ἐν διαφόροις αὐτῶν λόγοις διαβεβαιοῦνται ἀρχαίαν καὶ ἀποστολικὴν εἶναι τὴν τοῦ μονήρους βίου παράδοσιν. εἰ δὲ καί τινας τῶν θύραθεν εἰς ταύτην τὴν μαρτυρίαν παράξομεν, μηδεὶς μεμφέσθω ἡμῖν. εἰκότως οὖν ὁ Πλάτων ὑπεμφαίνων τῶν τελείων τὸ σπάνιον, ἔφασκεν. οὔ μοι δοκεῖ δυνατὸν ἀνθρώποις μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πλὴν ὀλίγων. μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομεν· ναρθηκοφόροι μὲν γὰρ πολλοὶ, φιλόσοφοι δὲ σπάνιοι καὶ ὀλίγοι. καλὰ δὲ πρᾶξις καὶ πίστις, τελευτήσαντα τυχεῖν ἁπάντων. ὅθεν C ἐπήγαγεν, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον * κατ' Αἰσχύλον. ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ, δοκοῦντι τοιούτῳ εἶναι. ἄδηλον οὖν εἴτε τοῦ δικαίου, εἴτε τῶν δωρεῶν καὶ τιμῶν ἕνεκα τοιοῦτός ἐστι. γυμνωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ. μηδὲν γὰρ ἔχων, δόξαν ἐχέτω μεγίστης ἀδικίας, ἵνα βεβασανισμένος ᾖ εἰς δικαιοσύνην, τῷ μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας, ἢ φιλοδοξίας καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς γινομένων, ἀλλ' ἴτω ἀμετάστατος μέχρι θανάτου, δοκῶν ἄδικος εἶναι διὰ βίου. Καὶ δὴ καὶ Σωκράτης ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν οὕτως ἔφη· πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς πείθεσθαι καὶ φοβεῖσθαι, ἢ τῇ τοῦ ἑνὸς, ἥτις ἐστὶν ἐπαΐων, ὃν δεῖ καὶ φοβεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους; ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, ὄντως λωβησόμεθα, D οὐκ ἄρα γε, ὦ βέλτιστε, φροντιστέον ἡμῖν τί ἐροῦσιν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ τί ὁ ἐπαΐων τῷ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. ταῦτα δὲ φανερῶς ἐοίκασι τοῖς ἡμετέροις μᾶλλον ἱεροῖς καὶ ἀποστολικοῖς λόγοις, ἐν οἷς φησιν ὁ μέγας Παῦλος, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ ἀθυμίας. ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς, ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι, ὡς ἀποθνήσκοντες καὶ ἰδοὺ ζῶμεν, ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι, καὶ τὰ ἑξῆς. τοιαύτην οὖν περὶ δικαιοσύνης καὶ θεαρέστου πολιτείας πάνυ Σωκράτης καὶ Πλάτων διδασκαλίαν ἐποιήσαντο, θαυμασίαν ὄντως καὶ ἀξιέπαινον ἀληθῶς τῇ λογι- E κῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων συμβαίνουσαν. τὰ γὰρ ἠθικὰ μαθήματα πάντας ἀνθρώπους ἡ φύσις ἐκπαιδεύει. πλάσας γάρ τοι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ὁ Θεὸς, ἐντέθεικε τῇ φύσει τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τὴν διάγνωσιν. ὁ καὶ

Cedren.

A Sed & magnus Basilius, de bonorum suorum dimissione, & vita Monastica sic disserit. Itaque etiam humanas noster Dominus nostræ salutis curam gerens, in duo vitæ genera divisit homines, virginitatis nempe, & conjugii: ut qui impar virginitatis & exercitationis esset certamini, is matrimonium contraheret: id sciens, fore sibi de temperantia, sanctimonia, & similitudine eorum sanctorum qui in veteri novoque testamento in matrimonio vixerunt, rationem reddendam. Omnes enim homines rationem postulabimur de præstita Evangelio obedientia, sive monachi, sive mariti. Sufficiet enim ei qui nuptias habuit, ad veniam incontinentia, 92 mulieris appetitio & concubitus. Reliqua præcepta omnibus ex æquo imposita qui violaverint, non impune fe- B sent, sicut Dominus suis discipulis ait: Matt. 13. (Quæ vobis dico, omnibus dico.) Quin & magnus ille theologus Gregorius, sanctusque Joannes Chrysostomus, aliique plurimi de beatis patribus, hinc inde suis in scriptis confirmant, antiquam esse Edit. Paris. atque Apostolicam vitæ monasticæ tra- pag. 203. ditionem. Quod si quos etiam extraneos testes laudemus, vitio nobis id verti non debet. Plato proinde, quam rara sint ea quæ absoluta sunt indicans, haud absurde ita scribit. Non mihi videntur homines, nisi pauci, beati ac felices fieri posse, quantisper hanc vitam ducimus. Multi enim sunt virgiferi, pauci autem & rari philosophi. Recte autem traditur ac creditur, mortuos bona consequi. His infert. Vir sincero animo atque ge- C neroso, (qualem Æschylus describit) præmiis ac donis afficietur. Qui videtur talis esse. Atqui in incerto est, justitiæne, an vero munerum & honorum causa talis sit. Nudandus igitur omnibus est, itaque redigendus, ut sit ejus quem prius descripsimus contrarius. nulla enim re præditus, opinionem habeat summæ injustitiæ: ut ita exploratum sit, eum esse justum, cum non cedat sinistræ famæ, neque ambitione, aut iis quæ inde oriuntur propellatur: sed sit mutabilis, tota vitæ spatio cum putetur esse injustus. Et quidem etiam Socrates, ejus præceptor, ita eum interrogavit: An debemus vulgi de nobis judicia metuere? aut potius spretis omnibus aliis, ejus judicium revereri, qui ei quod rectum est obtemperet? cui nisi pareamus, ingens simus damnum percepturi. Non equi- D dem, heus tu, curandum nobis est quid plebs judicet: sed quid veritas probet, quæ justum ab injusto discernit. Hæc perspicue magis conveniunt nostris sacris atque Apostolicis sermonibus.) Nam 2. Cor. 6. Paulus ita loquitur. Armis justitiæ dextris & sinistris, per gloriam & ignominiam, per opprobria & mœstitiam: tamquam impostores, cum quidem simus veraces: tamquam ignoti cum simus noti: tamquam morientes, cum quidem vivamus: ut qui castigamus, neque tamen necamus, &c.) Hanc de justitia ac vitæ ratione Deo acceptæ doctrinam principes philosophorum Socrates ac Plato tradiderunt, admirabilem profecto, & E laude dignam, ut quæ sit rationi hominis naturali consentanea. Etenim doctrina morum omnes homines ab ipsa natura instituuntur. Quippe Deus cum humanum genus condidisset, ejus naturæ bona ac mala discernendi rationem indidit: idemque gentes erudiit, &

X

hominem cognitione imbuit. Itaque non
tantum Soctates, Plato, aliique nonnulli
Græci injustam sunt abominati vitam, sed
Barbari virtutis studiosi. & barbarorum multi. Quippe Hyperbo-
reos etiam perhibent habitare trans Riphæos
montes justitiæ studio assiduo incumbentes.
nam neque carnibus vescuntur, & arborum
fructibus aluntur, aquamque bibunt.
Edit. Paris. pag. 204. Et Brachmanas in sylvis degere, cor-
pora foliis tectos ac virtutis majorem quam
pro humana conditione studio deditos. Ana-
charsin quoque Scytham philosophum fuisse
ajunt, ita amore sapientiæ inflammatum,
ut ob insignem ejus exercitationem atque
temperantiam sit celeberrimus. Non enim
vigilans modo animi motibus obluctabatur
tacens atque quiescens, sed etiam dor-
miens signa temperantiæ atque conti-
nentiæ edebat. solebat enim læva ma-
nu pudenda, dextra labia tenere: in-
nuens, multo gravius esse adversus lin-
guam certamen, ac ad securitatem ab eo
præstandam majori opus esse præsidio.
Chironem quoque Centaurum Græci
narrant justitiæ fuisse atque castitatis
Fine illa a. magistrum. id quod Homerus etiam te-
statur, qui eum Centaurorum ait exti-
tisse justissimum: nimirum ob eximiam
tolerantiam atque continentiam, cor-
porisque subactionem & concinnam
curam. Unde rursus Plato evidenter
sic præcipit. Curam corporis gerere o-
portet eam, ut cum anima servet har-
moniam: propter quod & vivit, & re-
cte vivens, & veritatis præconium fa-
ciens. Sic & B. Paulus ait, suum se cor-
pus affligere & subigere: hoc est, exer-
1. Cor. 9. citatione se id ad statum rectam scien-
ter prudenterque parare, ut id sibi in
rebus præstantibus adjumento sit, non
ei prospicere quæ faciant ad lasciviam.
Quo loco cum nostris præclare conve-
nit Platoni, qui nos jubet necessariam
ac debitam corporis curam gerere. I-
dem monstravit atque patefecit, quo-
modo pravi affectus animi oriantur, au-
geanturque cupiditates malæ & in con-
suetudinem abeant. Initium, inquit, amoris
est a visu: auget autem eum affectum spes,
nutrit memoria, conservat consuetudo.
Itaque Socrates docebat vitare conspe-
ctum & oscula formosorum, quod hæc
virus scorpiorum & serpentum veneno
damnosius immitterent. Ideoque cer-
nens quemdam formoso adolescenti oscu-
lum dare: Hic, inquit, vel in gladium insi-
liret, vel in ignem se abjiceret: scilicet,
qui tantum in seipso rogum accendere au-
sus esset. Diogenes autem adolescentulum
vidans lascivius quam eum sexum decet
ornatum: Siquidem, inquit, viris te ita or-
nas, infortunatus es: sin mulieribus, inju-
ste facis. nam viri mulieres ornatu ca-
ptant, mulieres autem & semiviri viros.
Sane Agesilaus quoque formosum ama-
bat puerum, eumque osculum sibi fe-
rentem rejecit, evitans damnum. Ale-
xander Darii filius, formosas virgines
ne videre quidem voluit: turpe ratus,
eum qui viros vicisset, a mulieribus vinci.
pag. 205. Ita Cyrus quoque Persarum rex, neque
intueri sustinuit puellam quamdam ipsi
exemptam, cujus admirabilis forma præ-
dicabatur: quin & ei qui se eam crebro
videre, neque inde quicquam mali ha-
bere dictitabat, suasit ne hoc vel face-
ret, vel diceret. ignem enim omnino ad-
studiosum subornavit Veritas, qui mise-
C randas istas, enarratuque difficiles cala-
mitates tragice describeret. Tantum e-
nim iis divinitus excidium est inflictum,
quantum ab hominum memoria nullum
umquam fuit. idque merito. Quantisper
enim in conservos suos deliquerunt, con-
donata eis culpa est: ut vero communem
omnium Dominum impetierunt, sine ul-
la venia supplicio addicti sunt. Id autem
a Christo ipsis fuisse illatum, intelliges ex
parabola ab ipso proposita, (Eos, inquit, *Luc. 19.*
qui me suum regem esse noluerunt, huc
adductos interficite.) Atque iccirco iis di-
xit: (Adimetur vobis regnum, dabitur-
que genti fructus suos reddenti.) Urbem *Matth. 21.*
quoque ita alloquitur: (Tempus erit, cum
te hostes tui vallo & obsidione cingent, & *Luc. 13.*
undequaque prement, liberosque tuos in-
D tra te solo allident.) Incredulis quoque Ju-
dæis dixit: (Ecce relinquitur domus vestra
deserta.) Id quod etiam Danielus prædi-
xit. (Urbem inquit, & ædem sacram *Dan. 9.*
perdet cum principe venturo.) Hoc est,
Deus pater omnia quæ Judæi magnifica
atque præclara habent, evertet: & cum eo
filius Christus, quem illi servatorem libe-
ratoremque expectabant. Non enim dixit,
Exscindetur urbs & templum cum ductore,
sicuti quidam absurde opinantur: sed hoc
vult, Exscindet pater templum ac urbem,
una operante nimirum eo ductore: quem Ju-
dæi contumeliis affecerant. de quo du-
ctore Jacobus Bethlehemam affatur: (Ex *Mich. 5. est locus.*
te egredietur ductor, &c.) Ac discipu-
lis quoque suis Christus ita mandavit:
(Cum videbitis abominandum vastitatis si-
E gnum stare in loco sancto tunc is qui le-
git animadvertat.) Id sane impletum est,
Primum quidem, tempore excidii Romanus
exercitus ingressus in ædem Dei est, cum
urbs caperetur & vastaretur. atque ideo
quidam de eo signum vastitatis accipiunt:
quippe milites isti cum sint prophani ac scele-
sti, recte in vaticinio abominabile vastitatis
signum dicuntur. Deinde potest accipi de sta-

tua, quam sibi Adrianus imperator posuit, urbemq; prorsus devastavit. Rursus Theodoritus Danielicum oraculum exponens, (Abolebitur sacrificium & libatio medio septimanæ, & in templo statuetur abominandum vastitatis signum, ac vastitas consummabit.) Imagines, inquit, quædam Cæsaris, quibus lege divina erat interdictum, in templum a Pilato illatæ

Edit. Paris. pag. 227.

sunt. Ac ne existiment Judæi se ædem, urbem, regnumque recepturos, ait vates, vastitatis fore perfectionem usque ad finem sæculi: ostendens, vastitatem extremam sine ulla mutatione usque ad finem mundi permansuram. Quod & Davidus indicavit:

Psal. 58.

(In ira, inquit, consummationis, & non erunt amplius: atque cognoscent, Dominum Jacobo & terminis terræ imperare.) De hac extrema miserorum Judæorum in servitutem abactione, etiam Theologus sic loquitur: Cruce eos ad extremam adigente væsaniam, qua adversus Servatorem Deumque nostrum usi sunt, Deum humana amictum natura ignorantes, sceptrum ferreum eminus ipsis minans contra se acciverunt. De nunc obtinente imperio loquor, & Judæorum extremo exilio, eorumque hodierna servitute, ac dissipatione, qua a Romanis oppressi sunt. Quam & duraturam diutissime, oraculis divinis credimus. Quisnam eorum qui lamentationes scribere norunt, & miserias verbis æquare, istorum satis deploret fortunam? qui libri ista capiant? Totus orbis terrarum in quem dispersi sunt, iis pro columna est, in qua eorum calamitas incidatur: tum abolitus cultus, & solum urbis cognitu difficile. Josephus quidem, qui ibi bello interfuit, ter ccccↃↃↃↃ Judæorum periisse scribit. De his plenius in Neronis imperio retulimus.

B. porro Chrysostomus Judæorum væcordiam redarguens, inter multa alia etiam hæc habet: Quod si, Judæe, de fine rixaris, ex præteritis disce præsentia. Sic enim considera. Descendisti in Ægyptum: sed id fuit exilium annorum * cc. ac mox

* leg. cccc.

ex ista servitute te Deus asseruit, quamquam impie viveres, & scortatione pessima te pollueres. Ex Ægypto eductus, vitulum adoravisti, filios tuos filiasque Beelphegori & dæmonibus immolasti, templum polluisti, naturam pervertisti: abominandis sacrificiis montes, lucos, colles, fontes, flumina, hortos opplevisti: vates trucidasti, aras destruxisti, omne improbitatis genus exercuisti, neque quicquam tibi malitiæ atque impietatis reliquum fecisti. Et tamen per annos LXX Babyloniis subjectus, rursum deinde es restitutus libertati, tibique patria & templum reddita sunt, & pristinum vaticinii donum, rursusque vates habuisti, & Spiritus sancti gratiam: imo vero ne captivus quidem dum esses, iis destitutus es. nam & ibi Danielus ac Ezechielus, & in Ægypto Jeremias, atque ante illa tempora Moses atque Aaron in solitudine. Secundum hæc ad usitatam tibi improbitatem te te retu-

pag. 228.

listi: bacchatusque impio furore, Græcam religionem amplexus es, Antiocho impio regnante. Atque huic tum triennium dediti, mox Maccabæorum opera rursum præclara statuistis trophæa. Nunc nihil tale, sed prorsus omnia contraria fiunt: quod maxime mirandum est. nam & flagitiorum minus est, & plus pœnarum, neque ulla mutationis spes. Neque enim LXX tantum anni elapsi sunt, sed multo plures neque vel umbram spei licet invenire. Et

A σιλέως εἴδωλον αὐτοῦ, καὶ τὴν πόλιν τέλεον ἠρήμωσεν. ὁ δὴ Θεοδώρητος αὖθις φησὶν εἰς τὸν Δανιήλ· ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδὴ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα ἐρημώσεως, συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν, εἰκόνες τινὲς τοῦ Καίσαρος, ἀπηγορευμέναι τῷ νόμῳ, εἰς τὸν ναὸν εἰσκομιζόμεναι παρὰ τοῦ Πιλάτου. καὶ ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἀπολήψεσθαι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν, ἐπήγαγεν ὁ προφήτης· καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. ἕως γάρ (φησι) τῆς τοῦ κόσμου συντελείας, ἡ τῆς ἐρημώσεως συντέλεια μένει, μεταβολὴν οὐ δεχομένη. τοῦτο καὶ Δαβὶδ ἔφη· ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι· καὶ γνώσονται ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τῶν περάτων τῆς

B γῆς. περὶ ταύτης γὰρ τῆς ἐσχάτης αἰχμαλωσίας τῶν ταλαιπώρων Ἰουδαίων καὶ ὁ Θεολόγος ἔφη γλώττῃ· φησὶ γὰρ, τοῦ σταυροῦ πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτοὺς ἐλαύνοντος ἀπόνοιαν, ἣν κατὰ τοῦ σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐπενοήθησαν, τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸν ἀγνοήσαντες, καὶ τὴν ῥάβδον τὴν σιδηρᾶν πόρρωθεν ἀπειλουμένην αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτοὺς εἵλκυσαν· τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν ἀρχὴν λέγω, καὶ βασιλείαν, καὶ τὴν τελευταίαν αὐτῶν ἀπαγωγὴν καὶ μετανάστασιν, καὶ τὸν νῦν ἐπικείμενον αὐτοῖς τῆς δουλείας ζυγὸν, καὶ τὴν περιβόητον ὑπὸ Ῥωμαίοις ταπείνωσιν, καὶ διασπορὰν, ἥν τε νῦν ἔχουσι, καὶ ἣν ἐπὶ πλεῖστον ἕξουσι. πείθομαι γὰρ ταῖς περὶ αὐτῶν προρρήσεσι· τίς θρηνήσει πρὸς ἀξίαν τῶν θρήνους γράφειν εἰδότων, καὶ λό-

C γους ἐξισοῦν πάθεσι; ποῖαι βίβλοι ταῦτα χωροῦσι; μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα, καθ' ἣν ἐσπάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεπαυμένη, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόλις γινωσκόμενον. ὁ οὖν Ἰώσηπος ἐν Ἱερουσαλὴμ παρὼν τῷ πολέμῳ, συνέγραψε μυριάδας τ'. ἀπολεσθῆναι τῶν Ἰουδαίων. περὶ δὲ τούτων ἐν τῇ τοῦ Νέρωνος βασιλείᾳ ἐξηγησάμεθα.

Ὁ δέ γε θεῖος Χρυσόστομος τὴν τούτων ἄνοιαν διελέγχων, πρὸς πλείοσιν ἄλλοις καὶ ταῦτα φάσκει. εἰ δὲ φιλονεικεῖς ὦ Ἰουδαῖε, περὶ τοῦ τέλους, ἀπὸ τῶν φθασάντων μάνθανε καὶ τὰ παρόντα. σκόπει γὰρ κατέβης εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐγένοντο ἔτη * σ'. καὶ ταχέως σε τῆς δουλείας ἐκείνης ὁ Θεὸς ἀπήλλαξε, καίπερ ἀσεβοῦντα καὶ πορνεύοντα πορνείαν τὴν χαλεπωτάτην. ἀπηλλάγης Αἰγύπτου, καὶ προσεκύνησας μόσχον,

* υ. leg.

D ἔθυσας τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας σου τῷ Βεελφεγὼρ καὶ τοῖς δαιμονίοις, τὸν ναὸν ἐμόλυνας, τὴν φύσιν ἠγνόησας. τὰ ὄρη, τὰς νάπας, τοὺς βουνοὺς, τὰς πηγὰς, τοὺς ποταμοὺς, τοὺς κήπους τῶν μυσαρῶν θυσιῶν ἐπλήρωσας, προφήτας ἔσφαξας, θυσιαστήρια κατέσκαψας, πᾶν εἶδος κακίας ἐπῆλθες, καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἐπεδείξω πονηρίας καὶ ἀσεβείας. ἀλλ' ὅμως ἑβδομήκοντα ἔτη σὲ παραδοὺς Βαβυλωνίοις, πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανήγαγεν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν πατρίδα καὶ τὸν ναὸν ἀπέδωκε, καὶ τὸ πάλαι τῆς προφητείας χάρισμα, καὶ πάλιν προφῆται, καὶ πνεύματος ἁγίου χάρις. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐγκατελείφθης· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἱερεμίας, καὶ μέντοι καὶ πρὸ τούτων Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ μετ' ἐκεῖνα

E πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθες κακίαν, καὶ ἐξεβακχεύθης, καὶ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν μετεπήξω πολιτείαν ἐπὶ τοῦ ἀσεβοῦς Ἀντιόχου. ἀλλά γε καὶ τότε παραδοθέντες Ἀντιόχῳ ἔτη τρία, τὰ λαμπρὰ διὰ τῶν Μακκαβαίων αὖθις ἐστήσατε τρόπαια. ἀλλὰ νῦν τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν γέγονεν. ὃ καὶ μάλιστά ἐστι θαυμάσιον· ὅτι τὰ μὲν τῆς κακίας ἐλάττω, τὰ δὲ τῆς τιμωρίας ἐπιτέτατο, καὶ οὐδ' ἐλπίδα τινὰ μεταβολῆς ἔχει. οὐ γὰρ ο'. ἔτη παρῆλθε μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ

πλείονα, καὶ οὐδὲ ἐλπίδος σκιὰν ἐστὶν εὑρεῖν. καὶ ταῦτα οὐδὲ εἰδωλολατρούντων ὑμῶν, οὔτε ἄλλό τι ποιούντων ἅπερ ἔμπροσθεν ἐτολμᾶτε.

Ἵνα δὲ σαφέστερον καὶ διεξοδικώτερον τὰ περὶ τούτων εἴπωμεν, ἄνωθεν πάλιν ἀρξώμεθα. τρεῖς δουλείας ὑπέστησαν οἱ Ἰουδαῖοι χαλεπωτάτας, καὶ οὐδὲ μίαν χωρὶς προρρήσεως αὐτοῖς ἐπήγαγεν ἡ θεία δίκη, ἀλλὰ προλεχθείσας παρεσκεύασεν αὐτοῖς, καὶ τόπον καὶ χρόνον καὶ τρόπον, καὶ κάκωσιν καὶ τὴν ἐπάνοδον, καὶ τ' ἄλλα πάντα μετὰ πολλῆς ἀκριβείας. καὶ περὶ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πρώτης διαλεγόμενος ὁ Θεὸς, οὕτως ἔφη τῷ Ἀβραάμ· γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. τετάρτη δὲ γενεᾷ ἐλεύσονται ὧδε.

Περὶ δὲ τῆς δευτέρας εἶπεν Ἱερεμίας· οὕτως εἶπε Κύριος. ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι τῇ Βαβυλῶνι ο΄. ἔτη, ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς, τοὺς ἀγαθοὺς λόγους μου, τοῦ ἀποστρέψαι εἰς τὸν τόπον ὑμῶν· καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν, καὶ ἀθροίσω ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν πάντων, καὶ ἐκ τῶν ὑμῶν τόπων πάντων, οὗ διέσπειρα ὑμᾶς ἐκεῖ, φησὶ Κύριος. καὶ ἐπιστρέψω ὑμᾶς εἰς τὸν τόπον, ὅθεν ἀπῴκισα ὑμᾶς ἐκεῖθεν. δύο μὲν τοιαύτας δουλείας ὁ λόγος ἡμῖν συντόμως ἀπέδειξε, μετὰ προφητείας ἐπελθούσας αὐτοῖς, καὶ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀπροσδοκήτως. λείπεται οὖν δὴ λοιπὸν τὴν τρίτην ἐπαγαγεῖν. εἶτα καὶ περὶ τῆς νῦν τετάρτης κατεχούσης αὐτοὺς εἰπεῖν δεῖ, καὶ δεῖξαι σαφῶς ὅπως οὐδεὶς προφήτης ἐπηγγείλατο λύσιν ἔσεσθαι τινὰ τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν, οὔτε μὴν ἀπαλλαγὴν τὸ σύνολον.

Τίς οὖν ἐστὶν ἡ τρίτη; ἡ ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. ἐπειδὴ γὰρ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, Δαρεῖον καθελὼν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν ἀρχὴν, τελευτήσαντος τούτου πολλοὶ μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο βασιλεῖς. ἀφ' ὧν εἷς καὶ οὗτος ὁ Ἀντίοχος μετὰ πολλοὺ ὕστερον χρόνον, τό, τε ἱερὸν ἐνέπρησε, τά τε ἅγια τῶν ἁγίων ἠρήμωσε, τάς τε θυσίας καθεῖλε, τούς τε Ἰουδαίους ὑπέταξε, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν κατέλυσε πᾶσαν. καὶ ταῦτα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης καὶ μέχρι μιᾶς ἡμέρας προηγόρευτο παρὰ τοῦ Δανιὴλ, καὶ πότε ἔσται, καὶ πῶς, καὶ παρὰ τίνι καὶ, τίνι τρόπῳ, καὶ ποῖ τελευτήσει, καὶ τίνα λήψεται μεταβολὴν, εἴσεσθε σαφέστερον αὐτῆς ἀκούσαντες τῆς ὁράσεως, ἣν διὰ παραβολῆς ὑμῖν ὁ προφήτης ἀνήγγειλε. κριὸν μὲν καλεῖ, τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα Δαρεῖον. Τράγον δὲ, τὸν τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρον, βασιλέα τῶν Μακεδόνων. τέσσαρα δὴ κέρατα λέγει τοὺς μετ' ἐκεῖνον ἀναστάντας, ἀφ' ὧν ὕστερον κέρας αὐτὸς ὁ Ἀντίοχος ἔφυ. φησὶ γάρ· εἶδον ἐν ὁράματι, καὶ ἰδοὺ κριὸς ἑστηκὼς, καὶ αὐτῷ κέρατα ὑψηλὰ, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον, τοῦ ἑτέρου. καὶ τὸ ὑψηλὸν, ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτων· καὶ εἶδον τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ θάλασσαν καὶ βορρᾶν καὶ νότον, καὶ τὰ θηρία πάντα οὐ στήσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐμεγαλύνθη. τὴν δύναμιν λέγει τὴν Περσικὴν, ἣ πᾶσαν ἐπέδραμε τὴν γῆν. εἶτα περὶ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου διαλεγόμενος, φησί· καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς, καὶ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἦν ἁπτόμενος τῆς γῆς. καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας ἐθεωρεῖτο ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. εἶτα λέγων τὴν πρὸς Δαρεῖον προσβολὴν καὶ συμβολὴν καὶ αὐτοῦ γενομένην, καὶ τὴν κατὰ κράτος νίκην· ἦλθε, φησὶν, ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, καὶ ἠγριώθη, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. ἔπειτα δια-

A quidem neque simulacrorum cultu id vobis merentibus, ut olim, neque aliis solitis facinoribus.

Ut autem apertius atque plenius ista enarremus, altius paulo res repetenda est. Ter in servitutem acti sunt Judæi, numquam non prædictam. nam divina justitia iis & tempus & locum, & modum, & afflictionem, & reditum, aliaque omnia accuratissime prædici curavit. De prima seu Ægyptiaca Deus Abrahamum ita præmonuit: (Hoc certo scias, progeniem tuam in peregrino solo inquilinam fore, servituteque pressum & afflictum iri annos cccc. Sæculo quarto huc redibunt.

Judæi quater in servitutem acti.

Gen. 15.

De secunda Jeremias ita vaticinatus fuerat: (Sic fatur Dominus. Exactis Babylone LXX annis vos invisam, ac læta mea promissa implebo. reducam vos in patriam servitute liberatos, colligamque vos ex omnibus populis & locis quo vos disjeceram, inquit Dominus. ac restituam vos eo, unde vos abduxi.) Hæc ergo duo exilia compendio sunt explicata: atque juxta ea oracula evenerunt ipsis neque gravia adeo, neque insperata. Restat ut tertiam referamus calamitatem eorum, ac deinde de quarta dicamus, in qua hodieque sunt: demonstremusque aperte, neminem vatum iis malorum vel mitigationem, nedum finem promisisse.

Cap. 29.

Quæ ergo est tertia? in quam ab Antiocho Epiphane sunt conjecti. Mortuo enim Alexandro Macedonum rege, eo qui Dario victo rerum summam ad se transtulerat, multi postea reges extiterunt. Ex quibus ortus etiam Antiochus ille, longo post tempore templum combussit, sanctum adytum vastavit, sacrificia abolevit, Judæos subegit, eorumque rempublicam evertit. Hæc omnia exactissime, etiam dierum numero præcise annotato, Danielus prædixit, quando singula, qui, per quem, & quo modo essent futura, quem finem, quam mutationem habitura. Hæc liquidius cognosces, si Danielicam visionem audias exponi. In qua vates per ambages nomine arietis Darium regem Persarum notat, hirci Græcorum Macedonumque regem Alexandrum, IV cornuum reges qui ei successerunt: de quibus posterius cornu enatum est, Antiochus nimirum. Verba ejus sunt: (Vidi divinitus apparentem visionem. Ecce stabat aries cornibus elatis, quorum unum erat altero sublimius, idque posteriore loco surgebat. Vidique eum cornibus ictum edentem adversus mare, aquilonem & austrum: neque ullum animal poterat eum subsistere, neque erat qui ab eo defenderet. itaque suo arbitratu agebat, ac magnificus erat.) His verbis exprimitur regnum Persicum, cujus potentia orbem terrarum pervagata est. Inde loquitur de Alexandro Macedone: (Ecce autem hircus caprinus ingruebat a parte qua spirat Africus, super universam terram, neque tamen terram attingebat: conspiciebaturque inter oculos ejus cornu extans.) Postea conflictum ejus cum Dario, ac victoriam de eo describens: (Venit, inquit, hircus iste usque ad cornutum illum arietem, & efferatus eum percussit, amboque ejus cornua contrivit, neque erat qui vim ejus ab ariete defenderet.) Inde Alexandri exitum depingens, quatuorque regum successionem, hæc infert: (Cum autem hircus magnam esset potentiam adeptus, magnum cornu

Danieli vaticinium exponitur.

Edit. Paris. pag. 229.

Cap. 8.

ejus frangitur : atque infra illud erumpunt alia quatuor cornua spectantia ad quatuor plagas mundi .) Porro ad Antiochi regnum perveniens , illumque monstrans ex uno illorum quatuor cornuum extitisse, rursum dicit : (Et exiit de uno illorum cornu validum , ingensque factum est versus meridiem & ortum .) Tum indicans ab eo Judaicam rempublicam abolitum iri , addit: (Ille peccato sacrificium conturbabit , contraque id rem prospere gessit , ac templum vastabitur , & loco sacrificii erit flagitium .)

Cap. 11.

Nam Antiochus altari subverso , sacrisque conculcatis , in templo simulacrum statuit , ac contra legem dæmonibus sacrificavit . ideo vates dicit : (Et humi prostrata est justitia , contraque illam rem prospere gessit .) Rursum deinde ipsum illud Antiochi Epiphanis regnum , Judæorumque cladem & excidium atque vastationem templi referens , tempus etiam commemorat . Nam rursus initio petito ab Alexandri regno sub finem libri , atque omnia persecutus oratione quæ ab eo Ptolemæi & Seleuci intestinis bellis congressi invicem facturi essent , eorumque ductores , dolos , victorias , expeditiones , navalia & terrestria prælia : progressus ad Antiochi usque regnum , ita concludit : (Et brachia ex eo existent , quæ sacrarium prophanabunt , & juge sacrificium abolebunt atque polluent , & eos qui testamentum violant (hoc est , Judæos a lege deficientes) abducent , in lubricitatibus suis atque transferent : Superabitque eos populus qui Deum cognoscit (Maccabæos innuit , & res a Juda Simone ac Joanne gestas) ac prudentes de populo multa intelligent . Atterentur autem cædibus & incendiis (incendium urbis rursum designat) & servitute ac direptionibus . atque in suis angustiis modicum eis feretur auxilium (indicans eos inter sua mala respirare posse , & ex iis aliquatenus emergere .) Et accedent iis multi in lubricitatibus , multique prudentum deficient (innuens , etiam eorum qui stabant multos lapsuros) deinde etiam causam refert , cur Deus eos passus sit in tantas calamitates devenire . (Ut inquit , eos igne exploraret , ac probaret , & usque ad definitum tempus purgaret) (hoc indicat, Deum ista fieri sivisse , uti eos expurgaret , & qui inter eos probi essent ostenderet .) Deinde ejusdem Antiochi potentiam demonstrans , ait : (Agetque pro libito suo , exaltabitur , & fiet magnificus .) Impietatem quoque ejus expressit : (Superbe (inquit) Deo deorum obloquetur : & rebus secundis utetur , dum iræ finis fiat .) ostendens , Antiochum non a se ipso , sed propter Dei iram adversus Judæos conceptam , tantum potentiæ adepturum . Inde pluribus verbis complexus quæ is mala Ægypto Palæstinæque injuncturus , quomodo rediturus , quo vocante , & qua necessitate urgente : tandem etiam mutationem istarum rerum exponit . & quod Judæi istis omnibus cladibus puniti , tandem auxilium consequentur , misso ad eos tutandos angelo . (Eo , inquit , tempore exurget Michaelus magnus princeps , patronus populi tui . Ad eum usque diem calamitatis tempus erit , quæ tanta ingruet , quanta ab omni hominum memoria nulla fuit . Eo autem die magna servabitur multitudo , scripta in libro .

Edit. Paris. pag. 230.

A γενόμενος τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, καὶ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλέων διαδοχὴν, ἐπάγει λέγων· καὶ ἐν τῷ ἰσχύσαι αὐτὸν, συνετρίβη τὸ κέρας τὸ μέγα. καὶ ἀνέβη κέρατα τέσσαρα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου βασιλείαν ἐλθὼν, καὶ δεικνὺς ὅτι ἐξ ἑνὸς ἐκείνων τῶν τεσσάρων ἐστὶ, πάλιν φησί· καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἑνὸς ἰσχυρὸν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς ἀνατολήν. καὶ σημαίνων ὅτι τὴν Ἰουδαϊκὴν πολιτείαν καθελεῖ, φάσκει· καὶ δι' αὐτὸν θυσία ἐταράχθη παραπτώματι, καὶ ἐγενήθη καὶ κατευοδώθη αὐτῷ. καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται, καὶ γενήσεται ἐπὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία. τοῦ γὰρ βωμοῦ καθαιρεθέντος, καὶ τῶν ἁγίων καταπατηθέντων, εἴδωλον ἔστησεν ἔνδον, καὶ θυσίαν

B ἐπετέλει τοῖς δαίμοσι παρανόμως. ὅθεν φησίν· ἐῤῥίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐοδώθη. εἶτα πάλιν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν βασιλείαν Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς λέγων, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν ἅλωσιν, καὶ τὴν ἐρήμωσιν τοῦ ἱεροῦ, προστίθησι καὶ τὸν χρόνον. Ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, αὖθις πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καὶ τὰ μεταξὺ πάντα διηγησάμενος, ὅσα οἱ Πτολεμαῖοι καὶ οἱ Σέλευκοι συῤῥαγέντες ἀλλήλοις ἐποίησαν, καὶ οἱ στρατηγοὶ τούτων εἰργάσαντο, τοὺς δόλους, τὰς νίκας, τὰς στρατείας, τὰς μάχας, τὰς ναυμαχίας, τὰς πεζομαχίας, προϊὼν εἰς Ἀντίοχον τελευτᾷ πάλιν, καὶ φησί· βραχίονες ἐξ αὐτοῦ στήσονται, καὶ βεβηλώσουσι τὸ ἁγίασμα, καὶ μεταστήσουσι τὸν ἐνδελεχισμὸν (τὰς συνήθεις λέγων θυσίας καὶ καθημερινὰς) καὶ δώσουσιν εἰς αὐτὸ βδέλυγ-

C μα, καὶ τοὺς ἀνομοῦντας διαθήκην. (τουτέστι τοὺς παραβαίνοντας τῶν Ἰουδαίων ἀπάξουσιν ἐν ὀλισθήμασι μεθ' ἑαυτῶν, καὶ μεταστήσουσι) καὶ λαὸς γινώσκων τὸν Θεὸν αὐτοῦ κατισχύσουσι (τὰ ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων λέγων, καὶ τὰ ἐπὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος καὶ Ἰωάννου) καὶ οἱ συνετοὶ λαοῦ συνήσουσιν εἰς πολλά. καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν φλογὶ (τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως ἐξηγούμενος πάλιν) καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ἐν διαρπαγῇ ἡμερῶν· καὶ ἐν τῷ ἀσθενῆσαι αὐτοὺς, βοηθήσονται βοήθειαν μικρὰν (ἐμφαίνων ὅτι μεταξὺ τῶν κακῶν ἐκείνων δυνήσονται ἀναπνεῦσαι καὶ ἀνανεγκεῖν ἐκ τῶν κατειληφότων αὐτοὺς δεινῶν) καὶ προστεθήσονται πρὸς αὐτοὺς πολλοὶ ἐν ὀλισθήμασι, καὶ ἀπὸ τῶν συνιόντων ἀσθενήσουσι (δεικνὺς ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἑστώτων πεσοῦνται) εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν συνεχώρησεν

D αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν τοσούτοις κακοῖς γίνεσθαι. τίς δὲ αὕτη; τοῦ πυρῶσαι, φησὶν, ἐν αὐτοῖς, καὶ τοῦ ἐκλέξασθαι, καὶ τοῦ ἐκλευκᾶναι ἕως καιροῦ πέρας. ταῦτα γάρ φησιν, ὁ Θεὸς συνεχώρησεν, ὥστε αὐτοὺς ἐκκαθᾶραι, καὶ δεῖξαι τοὺς ἐν αὐτοῖς δοκίμους. εἶτα διηγούμενος αὐτοῦ ἐκείνου τὴν δύναμιν, ἔφη· καὶ ποιήσει κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ὑψωθήσεται καὶ μεγαλυνθήσεται. καὶ μέντοι καὶ τὴν βλάσφημον αὐτοῦ γνώμην λέγων, προστίθησιν· ὅτι ἐπὶ τὸν Θεὸν τῶν θεῶν λαλήσει ὑπέρογκα. καὶ κατευθυνεῖ μέχρι συντελεσθῆναι τὴν ὀργὴν (δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας γνώμης, ἀλλὰ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων οὕτως ἐκεῖνος ἐκράτει καὶ ἴσχυεν) εἰπὼν οὖν δι' ἑτέρων πλειόνων, ὅσα κακὰ ἐργάσεται τὴν Αἴγυπτον, τὴν

E Παλαιστίνην, καὶ πῶς ἐπανήξει, καὶ τίνος καλοῦντος, καὶ ποίας αἰτίας καταναγκαζούσης, λέγει λοιπὸν καὶ τὴν μεταβολὴν τῶν πραγμάτων τούτων. καὶ ὅτι δίκην δόντες οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τούτων ἁπάντων τεύξονταί τινος ἀντιλήψεως, ἀγγέλου πεμφθέντος εἰς τὴν ἐκείνων βοήθειαν. ἐν τῷ καιρῷ γὰρ, φησὶν, ἐκείνῳ ἀναστήσεται Μιχαὴλ ὁ μέγας ἄρχων, ὁ ἑστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου. καὶ ἔσται καιρὸς θλίψεως οἷος οὐ γέγονεν ἀφ' οὗ γεγένηται ἔθνος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἕως τοῦ καιροῦ ἐ-

κείνη. καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται λαὸς πολὺς, ὁ γεγραμμένος ἐν τῇ βίβλῳ. τουτέστιν, οἱ σωτηρίας ὄντες ἄξιοι. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον, οὔπω καὶ νῦν ἀποδέδεικται. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὁ χρόνος ὥρισεν ἐν τοῖς κακοῖς τούτοις, ὥσπερ ἐκεῖ ἔτη τετρακόσια, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἴδομεν τοίνυν καὶ ἐνταῦθα, εἴ τινα χρόνον ὁρίζει. τοῦ δὴ τοῦτό ἐστιν εὑρεῖν; ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα λεχθησομένοις. ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἤκουσε κακὰ, τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως, τὴν ἀνατροπὴν τοῦ νόμου, τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐπιθυμεῖ λοιπὸν τὸ τέλος αὐτῶν μαθεῖν, καὶ εἴ τις ἔσται τῶν συμφορῶν τούτων μεταβολή. καὶ δὴ ἐρωτῶν ἔλεγεν οὕτω· Κύριε τί τὰ ἔσχατα τούτων; καὶ εἶπε· δεῦρο Δανιὴλ, ὅτι ἐμπεφραγμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι ἕως καιροῦ πέρας. τὸ ἀσαφὲς τῶν εἰρημένων αἰνιττόμενος. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς συγχωρήσεως τῶν κακῶν· ἕως ἂν ἐκλεγῶσι καὶ ἐκλευκανθῶσι καὶ πυρωθῶσι πολλοὶ, καὶ ἀνομήσωσιν ἄνομοι, καὶ οὐ συνήσουσι πάντες ἀσεβεῖς, καὶ νοήμονες νοήσουσιν. εἶτα τὸν καιρὸν προλέγων, ὅσον μέλλει κατέχειν αὐτοὺς τὰ δεινὰ, φησίν· ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως ἐνδελεχισμοῦ. ἐνδελεχισμὸς δὲ ἐκαλεῖτο ἡ καθημερινὴ θυσία. τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς, τὸ πυκνὸν καὶ συνεχές ἐστιν. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἐν πρωῒ καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ Θεῷ θύειν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ θυσία ἐκείνη ἐνδελεχισμὸς ἐλέγετο· καὶ ἤλλαξε. διὰ τοῦτο φησὶν ὁ ἄγγελος, ὅτι ἀπὸ καιροῦ τῆς ἀλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς καταλύσεως τῆς θυσίας, εἰσὶ δὲ ἡμέραι ασϟ'. ὅπερ ἐστὶν ἔτη τρία ἥμισυ. εἶτα δηλῶν ὅτι καὶ λύσις τῶν κακῶν τούτων ἔσται, καὶ ἀπαλλαγὴ, ἐπήγαγε· μακάριος ὁ ὑπομείνας, καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ατλέ. ταῖς ασϟ', μέ. προσθείς. ἐπειδὴ ἐν μηνὶ καὶ ἥμισυ μηνὸς τὴν συμβολὴν συνέβη γενέσθαι, ἐν ᾗ γέγονε καθαρὰ ἡ νίκη, καὶ ἡ παντελὴς τῶν ἐπικειμένων κακῶν ἀπαλλαγή. εἰπὼν γὰρ, μακάριος ὁ ὑπομείνας, καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ατλέ, τὴν ἀπαλλαγὴν ἐδήλωσε. καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ὁ φθάσας. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀσεβησάντων εἶδον τὴν μεταβολὴν, οὐκ ἐκείνους μακαρίζει, ἀλλὰ τοὺς ἐν τοῖς καιροῖς τῶν κακῶν ὑπομείναντας, καὶ μὴ προδόντας τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῆς ἀνέσεως τυχόντας. ἆρα τί τούτου σαφέστερον γένοιτ' ἄν; Ὥρα δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἐλθεῖν, καὶ τὴν παροῦσαν αἰχμαλωσίαν καὶ δουλείαν, δι' ἣν καὶ πάντα κεκινήκαμεν ταῦτα, ὅτι μὲν ἤδη αἱ τρεῖς προαναγορευθῆσαν αἰχμαλωσίαι, ἡ μὲν ἔτη ἔχουσα υ', ἡ δὲ ό, ἡ δὲ τρία ἥμισυ, ἱκανῶς ἐντεῦθεν ἡμῖν, ὡς οἶόν τε, ἀποδέδεικται.

* τετάρτης

Φέρε δὴ λοιπὸν καὶ περὶ * ταύτης εἴπωμεν. ὅτι γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐσχάτης τετάρτης καὶ πλατυτέρας προανεφώνησεν ὁ προφήτης οὗτος, αὐτὸν παρεξόμεθα τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, τὸν τὰ ἐκείνων φρονοῦντα. ἐπειδὴ γὰρ, εἶπε, τὰ περὶ τῆς Ἀντιόχου αἰχμαλωσίας, καὶ μάρτυρα τὸν προφήτην παρήγαγεν, ἐπάγει καὶ περὶ ταύτης, καί φησι· τὸν αὐτὸν γέτοι τρόπον Δανιὴλ, καὶ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτῶν ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται. σὺ δέ μοι σκόπει τὸ φιλάληθες τοῦ ἀνδρὸς, ὅς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο ζηλῶσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν. εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται, ἔγραψεν· ὅτι δὲ στήσεταί πη τὰ τῆς ἐρημώσεως, οὐκέτι προσέθηκεν. ἐπειδὴ μηδὲ τὸν προφήτην εὗρε τοιοῦτόν τι προσθέντα. τοῦ τοίνυν εἶπε Δανιὴλ, ὅτι ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται, ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην τὴν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ ἐποιήσατο, ἦλθε Γαβριὴλ πρὸς αὐτὸν, καί φησιν· ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν

id est, ii qui salute digni sunt.) Sed quod præcipue quærebatur, nondum demonstravimus: nimirum tempus malorum istorum. Nam sicut primæ calamitati CCCC annos definivit Deus, secundæ LXX: ita videamus an hic quoque certum tempus statuatur. Id ergo invenimus in iis verbis quæ apud vatem sequuntur. Postquam Danielus inaudivit de calamitatibus istis multis atque magnis, de incendio urbis, legis abrogatione, & servitute populi: cœpit tandem eorum finem cognoscere, & si qua sit futura istorum malorum mutatio. Itaque sic interrogat. (Domine, quis horum erit finis?) Et respondetur: (Vade Daniele: quia sermones isti usque ad exitum temporis obsignati sunt.) (ita obscuritas dictorum innuitur.) Additurque causa cur permissum sit ea mala incidere: Donec, inquit, eligantur, atque igne perpurgentur multi, & impii impie agent, neque sapient scelesti: prudentes autem sapient.) Inde tempus nominat, quamdiu mala ista essent Judæos pressura. (Ab eo (inquit) tempore, quo sacrificium juge mutatum fuerit) (juge seu assiduum sacrificium vocatur, quotidianum. Quotidie enim Judæi mane ac vesperi solebant Deo rem sacram facere) ab ejus ergo mutatione, hoc est ab ejus abolitione, dies sunt CIↃCC, nimirum anni III. S. Deinde malorum istorum finem fore, infert: (Beatus qui perfert, & sustinet usque ad dies CIↃCCCXXXV.) addens prioribus dies XLV. nam mense toto & dimidio exacto, pugna est commissa, solidaque victoria parta, & omnibus malis prorsus liberati Judæi. Dicens enim, (Beatus qui perfert, & sustinet dies CIↃCCCXXXV) liberationem a malis decluravit. Neque simpliciter eum vocat beatum, qui ad eum usque diem pertigerit. nam multi etiam impii mutationem istam viderunt: neque tamen eos felices dicit, sed eos tantum, qui in istis calamitatibus patientia usi, pietatem non prodiderunt, atque tunc sublevati sunt. Hisne aliquid evidentius dici potest? Tempus ergo est, ut ad institutum revertamur, cujus gratia hæc adduximus, & de ultimo Judæorum exilio dicamus. Satis enim perspicue demonstravimus, trium priorum calamitatum tempora expresse prædicta fuisse, annorum CCCC, annorum LXX, annorum III. S.

Edit. Paris. pag. 231.

Cap. 12.

Dicamus ergo etiam de quarta. nam de hac etiam quarta atque postrema Danielum vaticinatum, vel Josephum, hominem ab ipsorum partibus, testem citare licet. Cum enim de excidio Antiochico locutus, Danieli testimonio sua confirmasset, de quarto sic infert: (Eodem modo Danielus etiam de Romanorum imperio vaticinatus est, Hierosolymam ab iis vastatum, templumque eversum iri.) Ac mihi veritatis studium in eo viro considera, qui tametsi Judæus erat, Judaicam tamen contendendi & mentiendi libidinem imitari noluit. Cum enim excidium urbis & templi scripsisset, non addit quando ei calamitati finis sit futurus: quia ipsum quoque vatem nihil tale addidisse videbat. Audi vero, ubi Danielus vastationem templi prædixerit. Postquam sacco indutus, & cinere conspersus Deum deprecatus fuit, venit ad eum Gabrielus, ac dicit: LXX septimanæ deciduntur populo tuo, & urbi sanctæ. Ecce tempus, quo non ipsius ca-

pag. 232.

lamitatis mora, sed quando esset futura ex designatur. Mox expressius ait: (Cognosces atque intelliges, ab exitu sermonis, eum decretum fiet de instauranda Hierosolyma, usque ad Imperium Unctl, erunt septimanæ VII, & septimanæ LXII.)

Atque hic mihi diligenter animum adverte: hic enim est id quod quæritur. Septimanæ VII, & aliæ LXII, annos redigunt CCCCLXXXIII. (non enim dierum, non mensium, sed annorum septimanæ intelliguntur.) Jam a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem, & urbem ab eo captam, anni sunt CCCXCIV. Docet porro nos, a quo initio anni sint numerandi, non a die reditus, sed a publicatione decreti de instauranda urbe. Atqui non Cyro, sed Artaxerxe demum Longimano regnante, ea est refecta. Nam a reditu Judæorum supervenit Cambises: deinde Magi, post eos Darius Hystaspis filius, inde Xerxes Darii filius, & Artabanus, tandem Artaxerxes Longimanus regno Persico est potitus. Ejus regni anno vigesimo, Neemias profectus urbem reparavit: quod Esdras nobis accurate narrat. Inde si numeremus annos CCCCLXXXIII, prorsus ad excidium ejus pertingemus. Sicut rursum his verbis testatur Josephus: Urbis autem & templi vastationem secundum Danielicum oraculum evenire contigit ante annos CCCCVIII. Propterea inquit, ædificabitur platea & murus. Cum ergo refecta fuerit urbs, suamque formam receperit, tunc incipe numerare LXX septimanas: quibus finitis, delebitur Unctio, & cessabit judicium uti prius diximus. Enimvero post excidium urbis, quod Vespasiano & Tito imperatoribus fuit, Adriano imperante Judæi collecti irrito contra Deum conatu aggressi sunt rem publicam pristinam instaurare. Sed Adrianus eos armis domuit, urbemque funditus evertit, & reliquias ejus omnes abolevit: aliamque inde ibi urbem condens, de suo nomine Æliam dixit. Itaque Christus post Antiochi tempora exhibitus, & futurum excidium prædicens, ostendensque de eo Danielum esse vaticinatum, ait: Cum videbitis abominandum vastitatis signum, de quo Danielus vates locutus est, stare in loco sancto: qui legit, animum advertat. Quia enim omne simulachrum & effigies humana a Judæis abominatio dicitur, per ambages illam statuam innuens, simul & quando & a quo urbs esset exscindenda monstravit. Atque id de Romanis esse dictum, etiam Josephi testimonio docuimus. Quid ergo Judæis superest quod dicant? quando vates calamitatum simul tempora prædicentes definita, hujus nullum terminum constituerunt, sed contra vastitatem eam usque ad finem mundi duraturam pronuntiaverunt. Satisque est a nobis demonstratum, si quidem finis esset futurus huic ultimo exilio, vates divinos eum fuisse prædicturos, & nequaquam silentio præterituros. Quippe superiores miserias omnes cum ita prædixerint, ut simul spatium quod duraturæ essent definirent, modosque & tempora exprimerent, (sicuti ex Scripturæ docuimus) huic ultimæ nemo eorum tempus constituit. Id quidem urbis &

Edit. Paris. pag. 233.

A ἁγίων. ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα χρόνος εἴρηται οὐ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀλλὰ μεθ' ὅσον χρόνον ἔμελλεν ἡ αἰχμαλωσία ἀπαντήσεσθαι. εἶτα πάλιν φησὶν ἀκριβέστερον· καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδας ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδας ξβ΄.

Ἐνταῦθά μοι νουνεχῶς πρόσεχε. τὸ γὰρ πᾶν ἐνταῦθα ἐστὶ τὸ ζητούμενον. ἑβδομάδες οὖν ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ξβ΄. τετρακόσια πγ΄. ἔτη εἰσίν. ἑβδομάδας γὰρ οὐχ ἡμερῶν ἐνταῦθα λέγει, οὐδὲ μηνῶν, ἀλλ' ἑβδομάδας ἐνιαυτῶν. ἀπὸ δὲ Κύρου ἐπὶ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην, ἔτη εἰσὶ τϟδ΄. εἶτα διδάσκων ἡμᾶς πόθεν ἀριθμεῖν δεῖ, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπανόδου, ἀλλ' ἀπὸ ἐξόδου λόγου τῆς ἀποκριθείσης καὶ τῆς οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ. B οὐκ ἐπὶ Κύρου δὲ ᾠκοδομήθη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἀρταξέρξου τοῦ μακρόχειρος. μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον ἐπανῆλθε Καμβύσης, εἶτα οἱ μάγοι, καὶ μετ' ἐκείνους Δαρεῖος Ὑστάσπου· μεθ' ὃν Ξέρξης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρταβάνης· εἶτα Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ ἐβασίλευσε τῆς Περσίδος· ἐν τῷ κ΄. ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, Νεεμίας ἀνελθὼν τὴν πόλιν ἀνέστησεν, ἅπερ ὁ Ἔσδρας ἀκριβῶς ἡμῖν διηγήσατο. ἂν τοίνυν ἐντεῦθεν τετρακόσια ὀγδοήκοντα γ΄. θῶμεν ἔτη, ἥξομεν πάντως ἐπὶ τὴν κατασκαφὴν ταύτης. ὡς καὶ Ἰώσηππος αὖθις μαρτυρεῖ λέγων· τὴν δὲ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ ἐρήμωσιν συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν Δανιὴλ προφητείαν, πρὸ υ΄ καὶ η΄ γενομένην ἐτῶν. διὰ τοῦτο φησὶν, οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ περίτειχος. ἐπειδὰν οὖν ἀναστῇ, καὶ τὸ οἰκεῖον ἀ- C πολαύῃ σχῆμα, ἀπ' ἐκείνου τὰς ο΄. ἑβδομάδας ἀρίθμει. μετὰ δὲ τὰς ἑβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ, καθὼς προείρηται. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν οἱ μάταιοι θεομαχοῦντες. χειρωσάμενος δὲ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν καταστρέψας, καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὴν ἀνεγείρας, Αἰλίαν αὐτὴν προσηγόρευσε, κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐπωνυμίαν· ὅθεν ὁ Χριστὸς μετὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ παραγινόμενος, καὶ προαναφωνῶν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι αἰχμαλωσίαν, καὶ δεικνὺς ὅτι ὁ Δανιὴλ περὶ αὐτῆς προεῖπε, φησίν. ὅταν D ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαν εἴδωλον, καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου βδέλυγμα παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκαλεῖτο, αἰνιγματωδῶς ἐμφαίνων τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον, ἅμα καὶ πότε καὶ ὑπὸ τίνος ἔσται ἡ αἰχμαλωσία προανήγγειλεν. ὅτι δὲ περὶ τῶν Ῥωμαίων εἴρηται ταῦτα, καὶ Ἰώσηππος μαρτυρεῖ, καθὼς προέφημεν. τίς οὖν αὐτοῖς ὑπολείπεται λοιπὸν λόγος; ὅταν τὰς μὲν αἰχμαλωσίας οἱ προφῆται φαίνωνται μετὰ διωρισμένων χρόνων εἰπόντες, ταύτῃ δὲ μηδένα χρόνον ὁρίσαντες, ἀλλὰ τοὐναντίον εἰπόντες, ὅτι μέχρι συντελείας ἔσται E ἡ ἐρήμωσις. ὅτι μὲν εἰ τέλος ἡ παροῦσα ἔμελλε δουλεία λήψεσθαι, καὶ τοῦτο ἂν προεῖπον οἱ προφῆται, καὶ οὐκ ἐσίγησαν, ἱκανῶς ἀπεδείξαμεν, τὰς αἰχμαλωσίας ἁπάσας μετὰ προῤῥήσεως δείξαντες ἐπενεχθείσας αὐτοῖς. ἑκάστης γὰρ τούτων καὶ τρόπους καὶ χρόνους προανακηρυχθέντας διὰ τῶν θείων γραφῶν ἀπεδείξαμεν. τῇ παρούσῃ δὲ οὐδεὶς προφήτης ὥρισε χρόνον· ἀλλ' ὅτι μὲν ἥξει καὶ ἐρημώσει πάντα, καὶ μεταστήσει τὴν πολιτείαν,

καὶ μετ

A καὶ μετὰ πόσον χρόνον τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου συμβήσεται, προεῖπεν ὁ Δανιήλ. ὅτι δὲ τέλος ἕξει καὶ στήσεταί ποτε τὰ κακὰ ταῦτα, οὔτ' ἐκεῖνος ἐδήλωσεν, οὔτ' ἄλλος τις προφήτης. ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, ὡς εἴρηται, προεῖπον· ὅτι ἕως συντελείας καθέξει αὐτοὺς ἡ ταλαιπωρία αὕτη. καὶ μάλα εἰκότως. καὶ γὰρ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις ὁ τοσοῦτος διαγενόμενος χρόνος, καὶ οὔτε ἴχνος, οὔτε προοίμιον χρηστῆς μεταβολῆς ἐνδειξάμενος. καὶ ταῦτα, πολλάκις ἐπιχειρησάντων αὐτῶν ἀναστῆσαι τὸν ναὸν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ διακωλυθέντων πρῶτον μὲν ὑπὸ στρατιωτῶν, ὕστερον δὲ ἐπὶ τοῦ παραβάτου, πυρὸς τῶν θεμελίων ἐκπηδήσαντος, καὶ κατασχόντος αὐτοὺς τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας τε καὶ παραβάσεως. ὅθεν τοίνυν λεB γέτωσαν ἡμῖν, τίνος ἕνεκα ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοσοῦτον διατρίψαντες χρόνον ἐν κακουχίᾳ, ἐλέους ἔτυχον· καὶ εἰς Βαβυλῶνα πάλιν ἀπενεχθέντες, ἐπανῆλθον εἰς τὰ ἴδια· καὶ ὑπ' Ἀντιόχου τοσαῦτα κακὰ παθόντες, αὖθις πρὸς τὸ πρότερον ἐπανῆλθον ἀξίωμα· νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γεγένηται· ἀλλὰ πεντακοσίων ἐτῶν, νῦν δὲ χιλίων ἐξ ἐκείνου διελθόντων, οὐδὲ αἴνιγμα τοιαύτης μεταβολῆς ὁρῶμεν φαινόμενον, οἷον τὸ πρότερον. εἰ δὲ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν προβάλλοιντο, καὶ εἴποιεν, ἐπεὶ ἡμάρτομεν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦτο οὐκ ἀπολαμβάνομεν τὴν οἰκείαν χώραν· πάλιν δ' ἂν εἰκότως αὐτοὺς ἐρησόμαι· διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὦ Ἰουδαῖοι, ἔξω τῆς ἹεC ρουσαλὴμ διατρίβετε χρόνον τοσοῦτον; καὶ τί τὸ καινὸν καὶ παράδοξον; μὴ γὰρ νῦν ἐν ἁμαρτίαις ζῆτε μόνον; παρὰ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κατορθώμασιν; οὐκ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς συνανεστράφητε παρανομίαις; οὐχὶ τῆς θαλάσσης σχιζομένης, καὶ τῶν πετρῶν ῥηγνυμένων, καὶ τοσούτων θαυμάτων γινομένων περὶ τῆς ἐρήμου, προσεκυνήσατε μόσχῳ; οὐ τὸν Μωϋσέα λίθοις βάλλοντες, καὶ ἑτέροις μυρίοις τρόποις ἀνελεῖν ἐπεχειρήσατε πολλάκις, καὶ τὸν Θεὸν παρωργίζετε βλασφημοῦντες; οὐ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθατε; οὐ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας ἐθύσατε τοῖς δαιμονίοις, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους Θεοὺς ἐθεραπεύσατε; οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτίας καὶ κακίας ἐπεδείξαD σθε; πῶς οὖν ὑμᾶς οὐκ ἀπεστράφη τότε ὁ Θεός; ἀλλὰ μετὰ τὰς παιδοκτονίας καὶ τὰς εἰδωλολατρείας. μετὰ τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ προφήτας ἀφῆκε παρ' ὑμῖν εἶναι διαφόρους, καὶ σημεῖα εἰργάζοντο καὶ θαύματα παράδοξα; τίνος οὖν ἕνεκεν πάλαι μὲν ἀσεβοῦντες καὶ μυρία διαπραττόμενοι δεινὰ, τοσαύτης εὐνοίας ἀπηλαύσατε παρὰ Θεοῦ, καὶ προστασίας καὶ προμηθείας; νῦν δὲ οὔτε εἰδωλολατροῦντες, οὔτε παιδοκτονοῦντες, ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ διάγετε; μὴ γὰρ ἕτερος ἦν Θεὸς τότε, καὶ ἕτερος νῦν; οὐκ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἐκεῖνα οἰκονομῶν, καὶ ταῦτα νῦν ἐργαζόμενος; διὰ τί, ὅτε μείζω μὲν ἦν τὰ ἁμαρτήματα, πολλὴ δόξα ὑμῖν ἦν παρὰ E Θεοῦ; ὅτε δὲ ἐλάττονα πλημμελεῖτε νῦν, παντελῶς ὑμᾶς ἀπεστράφη καὶ ἀτιμίᾳ παρέδωκεν ἀπεράντῳ; ἀλλὰ κἂν ὑμεῖς σιγήσητε, οἱ λίθοι κεκράξονται. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τοῦ Δεσπότου τὰς χεῖρας ἐξετείνατε, διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται ὑμῖν διόρθωσις, οὐδὲ συγγνώμη λοιπὸν, οὐδὲ ἀπολογία. τότε μὲν γὰρ εἰς δούλους ἦν τὰ τολμώμενα. νῦν δὲ πάντα ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ, σαφῶς ἀπεκρύψατε διὰ τῆς εἰς τὸν κοινὸν δε-

Cedren.

A reipublicæ fore excidium, addito quot annos post reditum ex Babylone id eventurum esset, vaticinatus est Danielus: finem autem istis malis aliquem fore, neque ille, neque quisquam omnino vatum prædixit: imo, uti diximus, contrarium pronunciaverunt, usque ad finem mundi in istis miseriis futuros Judæos. Idque admodum consentaneum fuit: & tantum ab illo excidio temporis elapsum, iis testimonium perhibet, quo toto ne vestigium quidem ullum aut principium bonæ mutationis sese ostendit. Et quidem Judæi sæpe conati templum reficere sub Adriano, Constantino, & Juliano, prohibiti sunt: primum quidem a militibus. sub Juliano autem, igne ex fundamentis erumpente, eorumque intempestivum atque impium B conatum avertente. Dicant vero nobis, quidnam causæ sit, quod & in Ægypto tantum tempus in magnis miseriis versatos Deus miseratus est, & in Babylonem captivi abducti, inde in patriam reduti sunt, & tot malis ab Antiocho affecti, tamen pristinam recuperarunt dignitatem: nunc autem tale nihil fit, sed ᴅ, imo ᴄɪᴅ jam exactis ab excidio annis, ne speciem quidem ullam priorum mutationum videmus? Quod si peccata sua causentur, dicantque ideo sibi patriam non reddi, quia delictis suis Deum offenderint: haud abs re fuerit, ita eos rogare. Propter peccata vestra, o Judæi, tanto tempore Hierosolyma C extorres degitis? Quid hoc novi & inauditi est? Scilicet antiquitus juste vixistis, & officii rationes tenuistis ac non jam inde ab initio innumera inter delicta vitam egistis? Nonne cum & mare scindi, & saxa rumpi, totque alia miracula vidissetis in solitudine, tamen vitulum adoravistis? nonne Mosen lapidibus obruere, multisque aliis modis interficere sæpenumero aggressi estis? nonne Deum impiis dictis irritastis? Nonne Beelphegori initiati estis? nonne filios & filias vestras dæmonibus immolastis? nonne alienos deos coluistis? nonne omne flagitiorum ac malitiæ genus exercuistis? Qui fit ergo, quod tunc Deus vos non est aversatus? Sed post infantiD cidia vestra, post impios deastrorum cultus, post extremam ingratitudinem cum vates vobis misit varios, tum miracula & prodigia inusitata edidit? Cur olim tanta impietate obstricti, & tot flagitiis ac sceleribus cooperti, Deum ita benevolum, propitium atque tutorem habuistis? nunc autem neque impio cultu, neque infantium cæde eum irritantes, in servitute & miseriis vitam degitis? Nisi fortassis alius nunc est quam quondam Deus, neque idem & illa & hæc egit. Alioqui cur vos tanto in pretio habuisset, cum graviora committeretis peccata? nunc vero cum minus delinquitis, omnino aversatus, infinitæ ignominiæ exponeret? At enim, vobis tacentibus vel lapides vociferabuntur. Ex E quo enim manus Domino intulistis, porro neque correctio vobis reliqua est, neque venia, neque defensioni locus est. Nam priores vestræ injuriæ, in servos erant profectæ a vobis: Christo autem per insaniam necando, priora vestra scelera novi magnitudine obliterastis. Ea de causa nunc gravioribus suppliciis afficimini. Et tamen ne sic quidem majorum vestrorum væcordiam atque rabiem deponitis: sed et-

Edit. Paris. pag. 234.

Aa

iamnum Christum impostorem atque legis violatorem appellatis. Qui si talis fuisset, qualem vos dicitis, propter necem ei illatam vos majori etiam quam ante in existimatione esse conveniebat. Si enim Phinees uno legis violatore trucidato iram Dei, quæ contra totum exarserat populum, placavit:

Num. 25.

(stabat enim, ait Scriptura, Phinees, & placabat Deum, ac desiit occidio; eaque res illi justitiæ loco imputata est) quanto magis vobiscum ita agi debuit, si quidem is quem in crucem egistis, legis erat violator?

Judæos a Deo esse rejectos.

Audes tamen adhuc quærere, unde constet, Deum vos omnino aversari: cum quidem res ipsæ clamet, & vocem tuba clariorem edat, urbis excidium, templi vastatio, & reliqua omnia. Ab hominibus, ajunt, non a Deo, ista sibi mala imposita. Quod si non ira Dei, sed homines horum essent malorum auctores, utique excidium ea finisset, neque ultra ignominiæ atque miseriæ ventum esset.

Edit. Paris. pag. 235.

Verum esto ita, uti dicitis, ac muros, urbem, & altare dejecerint homines. Num & homines hominum vi existere cessaverunt? num homines gratiam spiritus, aliaque apud vos magnifica aboleverunt? cujus generis est, quod nunc neque (ut quondam) vox a propitiatorio effertur, neque sua unctioni constat efficacitas, neque lapis sacerdotis docet. Nam Judaica religio, sua principia non omnia de rebus terrestribus habebat, sed pleraque & præcipua cælitus. Exempli causa; Sacrificia Deus præscripserat; atque ara quidem, ligna, culter, & sacerdos, terrena erant. ignis autem qui in adyto arsurus, & sacrificium consumpturus erat, cælitus habebat ortum. non enim homo ignem templo inferebat, sed flamma de cælo lata sacrificium perficiebat. Item, si qua de re certiores fieri cuperent, inter Cherubimos & propitiatorium vox quædam edebatur, futura prædicens. Eodem modo de lapide qui supra pectus sacerdotis summi pendebat, fulgor exibat, qui futura detegeret; unde ei nomen patefactionis. Itemque, si quis inungeretur, gratia spiritus in eum insiliebat, & oleum resiliebat. Iisque rebus vates erant administri, ac sæpe nebula & fumus adytum occupaverunt. Ne igitur pro impudentia vestra, calamitates vestras hominibus acceptas ferretis, non urbis modo & templi excidium fieri Deus permisit: sed & eas res, quarum de cælo principia erant, e medio sustulit. Cur enim nunc & prophetis, & omnibus istis divinis rebus destituimini? nonne in promptu est, id fieri, quia Deus vos aversatur? Unde, dicis, id liquet? inde, quod quondam admodum impii fuistis; nunc autem post cruci affixum Christum, cum videamini rectius vivere, graviores penditis pœnas, nihilque priorum bonorum vobis adest: neque vero umquam aderit, quemadmodum divinæ prædictiones perspicue ostendunt.

Vatum testimonia, de Judaicis ritibus abolendis.

Vultisne, ut plures etiam vates contra vos ad auxilium advocemus, qui diserte pronuncient, finem esse rerum vestrarum, nostras res florituras, ac per totum orbem propagatum iri præconium: aliumque sacrificandi modum instituendum, vestro sublato? Sane non producam testem Esaiam aut Jere-

ἀντὶ τῆς Χριστοῦ μανίας. ὅθεν καὶ μειζόνως κολάζεσθε, καὶ οὐδ' οὕτως ἀπέχεσθε τῆς παρ' ὑμῖν ἐμβροντησίας τε καὶ λύσσης, πλάνον αὐτὸν καὶ παράνομον ἀποκαλοῦντες. εἰ γοῦν πλάνος ἦν ὁ Χριστός, ὥς φατε, καὶ παράνομος, ἐχρῆν μᾶλλον ὑμᾶς εὐδοκιμῆσαι, ὅτι αὐτὸν ἀπεκτείνατε. εἰ γὰρ Φινεὲς ἕνα τινὰ παρανομοῦντα ἀνελὼν, ὁλόκληρον τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους ὀργὴν κατέπαυσεν (ἔστη γὰρ Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην) πολλῷ μᾶλλον ἐφ' ὑμῶν ἔδει τοῦτο γενέσθαι, εἴ γε παράνομος ἦν ὁ ὑφ' ὑμῶν σταυρωθείς. καὶ πόθεν δῆλον, φησὶν, ὅτι τέλειον ἀπεστράφη ὑμᾶς ὁ Θεός; τῶν πραγμάτων αὐτῶν βοώντων, καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀφιέντων φωνὴν, διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως, διὰ τῆς ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἀλλ' ἄνθρωποι (φησὶν) ἐπήγαγον, οὐχ ὁ Θεός. εἰ γοῦν ἀνθρώπων ἔργα ταῦτα, καὶ οὐχὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, ἔδει μέχρι τῆς ἁλώσεως τὰ ὑμέτερα στῆναι, καὶ μὴ περαιτέρω προελθεῖν ὑμῖν τὴν ἀτιμίαν καὶ κάκωσιν. πλὴν ἔστω κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, ὅτι τὰ τείχη κατέστρεψαν ἄνθρωποι, καὶ τὴν πόλιν καθεῖλον, καὶ τὸν βωμὸν ἀνέστρεψαν. μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄνθρωποι κατέπαυσαν; μὴ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν, καὶ τἆλλα τὰ σεμνὰ τὰ παρ' ὑμῖν αὐτοὶ κατέλυσαν; οἷον τὸ φωνὴν ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φέρεσθαι, τὴν ἐπὶ τῷ χρίσματι γενομένην ἐνέργειαν, τὴν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦ ἱερέως δήλωσιν. καὶ γὰρ ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία, οὐχὶ κάτωθεν εἶχε τὰς ἀρχὰς ἁπάσας, ἀλλὰ τὰς πλείους καὶ σεμνοτέρας ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν. οἷον τί λέγω, θυσίας γίνεσθαι συγχωρήσας, ὁ μὲν βωμὸς ἦν κάτω, καὶ τὰ ξύλα, καὶ ἡ μάχαιρα, καὶ ὁ ἱερεύς· τὸ δὲ πῦρ τὸ μέλλον ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῖς ἐκείνοις εἶναι, καὶ δαπανᾶν τὰς θυσίας, ἄνωθεν τὴν ἀρχὴν εἶχεν· οὐ γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὸν ναὸν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλὸξ ἄνωθεν κατενεχθεῖσα, τὴν ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης ἐπλήρου θυσίαν. πάλιν εἴποτε ἔδει τι μαθεῖν, ἀναμέσον τῶν Χερουβὶμ καὶ τοῦ ἱλαστηρίου φωνή τις ἐφέρετο, καὶ τὰ μέλλοντα προέλεγεν. ὡσαύτως ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ Ἀρχιερέως, ὅνπερ ἐκάλουν δήλωσιν, ἐγίνετό τις ἔλλαμψις, καὶ τὰ μέλλοντα προεσήμαινεν· ὁμοίως ἡνίκα χρίεσθαι ἔδει τινὰ, πνεύματος ἐφίπτατο χάρις, καὶ τὸ ἔλαιον ἀνεπήδα. καὶ προφῆται διηκόνουν τοῖς πράγμασι τούτοις, καὶ νεφέλη πολλάκις καὶ καπνὸς τὰ ἄδυτα κατελάμβανον. ἵνα τοίνυν μὴ ἀναισχυντῆτε, μηδὲ ἀνθρώποις λογίζησθε τὴν ἐρήμωσιν αὐτῶν· οὐχὶ τὴν πόλιν μόνην ἀφῆκε πεσεῖν, καὶ τὸν ναὸν ἐρημωθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα, ἅπερ ἐκ τῶν οὐρανῶν τὰς ἀρχὰς εἶχεν, ἐκ ποδῶν γενέσθαι πεποίηκε. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἔχετε νῦν προφήτας, οὐδέ τι τῶν λοιπῶν ἐκείνων θείων; οὐκ εὔδηλον, ὅτι τοῦ Θεοῦ τὰ καθ' ὑμᾶς ἀποστραφέντος; καὶ πόθεν, φησὶ, τοῦτο δῆλον; ἀφ' ὧν πρὸ τούτου μὲν ἀσεβοῦντες ἐτυγχάνετε πάντως· νῦν δὲ δοκοῦντες ἐπιεικέστερον ζῆν μετὰ τὸν σταυρὸν, μείζονα τιμωρίαν ὑπομένετε, καὶ οὐδενὸς ἀπολαύετε τῶν προτέρων· οὔτε μὴν ἀπολήψεσθε, καθὼς αἱ θεῖαι προρρήσεις ἐναργῶς δηλοῦσιν. εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ ἑτέρους προφήτας ἐκκαλεσώμεθα, λέγοντας φανερῶς, ὅτι τὰ μὲν ὑμέτερα τέλος λήψεται, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀνθήσει, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκταθήσεται τὸ κήρυγμα, καὶ θυσίας ἑτέρας προσενεχθήσεται τρόπος, ἐκείνων τῶν παρ' ὑμῖν καταλυθεισῶν. οὐδὲ γὰρ Ἡσαΐαν παράγω

τίως μάρτυρα, οὔτε Ἱερεμίαν, οὔτε τοὺς ἄλλους πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας· ἵνα μὴ λέγητε, ὅτι τὰ δεινὰ ἐκεῖνα ἃ ἔλεγον, περὶ τῆς αἰχμαλώσεως ἐξέβη. ἀλλὰ Μαλαχίαν, τὸν μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀποκατάστασιν σαφῶς περὶ τῶν πραγμάτων ὑμῶν προφητεύσαντα. ἐπειδὴ γὰρ ἐπανῆλθον, καὶ τὴν πόλιν ἀπέλαβον, καὶ τὸν ναὸν ᾠκοδόμουν, καὶ τὰς θυσίας ἐπετέλουν, τὴν μέλλουσαν παντελῆ ταύτην καὶ τελευταίαν ἐρήμωσιν καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν θυσιῶν προλέγων φησίν· εἰ λήψομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν θυσίαν· λέγει Κύριος παντοκράτωρ. ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά. ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτήν. πότε οὖν ταῦτα πεπλήρωται, ὦ Ἰουδαῖοι; καὶ πότε ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσηνέχθη τῷ Θεῷ, καὶ θυσία καθαρά; οὐκ ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν, ἀλλ' ἢ τοῦτον τὸν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν. ὡς εἰ μὴ τοῦτον προλέγοι τὸν καιρὸν, μηδὲ τὴν ἡμετέραν θυσίαν, ἀλλὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν, παράνομος ἐστὶν ἡ προφητεία. εἰ γὰρ τοῦ Μωσέως κελεύοντος εἰς μηδένα τόπον ἀνάγεσθαι θυσίαν, ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν ἐξελέξατο Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ εἰς ἓν χωρίον ἐν Ἱερουσαλὴμ συγκλείοντος τὰς θυσίας ἐκείνας, ὁ προφήτης λέγων ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα μέλλειν προσάγεσθαι, καὶ θυσίαν καθαρὰν ἐναντιοῦται καὶ μάχεται τῷ Μωσῇ. ἀλλὰ μὴ γένοιτο. περὶ γὰρ ἑτέρας ἐκεῖνος εἶπε θυσίας, καὶ περὶ ἑτέρας οὗτος. ἀκούσατε δὲ Σοφονίου, φωνοῦντος τὰ αὐτὰ, καὶ λέγοντος. ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. καίτοιγε τοῦτο οὐκ ἐφεῖτο, ἀλλ' εἰς ἕνα τόπον ἐθέσπισε Μωϋσῆς λατρεύειν. ὅταν οὖν ἀκούσητε τῶν προφητῶν προλεγόντων καὶ προαναφωνούντων, ὅτι οὐκέτι εἰς μίαν πόλιν, οὐδὲ εἰς ἕνα τόπον ἀναγκασθήσονται ἄνθρωποι πάντοτε συνάγεσθαι, ἀλλ' οἴκοι καθήμενος ἕκαστος θεραπεύσει τὸ θεῖον, τίνα ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν, ἀλλ' ἢ τὸν παρόντα τοῦτον, καθ' ὃν τὰ μὲν ἡμέτερα διαλάμπουσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὰ δὲ ὑμέτερα κατεσβέσθη, καὶ ἐν σκότει διαπορεύεσθε κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην; ὅτι δὲ πάλιν οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν ὑμῖν δοῦναι τὰς τοιαύτας ἐβούλετο θυσίας, ἀκούσατε τί φησιν Ἡσαΐας· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος. καὶ τίς ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; εἰ δὲ ταῦτα παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐζήτει, καὶ τοὺς παλαιοὺς πάντας τοὺς παρ' ὑμῖν λάμψαντας, πρώτους ἂν εἰς τὴν πολιτείαν ἤγαγε ταύτην. πῶς οὖν ταῦτα (φησὶν) ἐπέτρεψε; τῇ ὑμετέρᾳ συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ. καὶ καθάπερ ἰατρὸς πυρέττοντα ἰδὼν ἄνθρωπον δυσάρεστόν τε καὶ ἀκαρτέρητον, ἐπιθυμοῦντα ψυχροποσίας, καὶ ἀπειλοῦντα εἰ μὴ λάβοι ἑαυτὸν ἀναιρήσειν, βουλόμενος τὸ μεῖζον κωλῦσαι κακὸν, τὸ ἔλαττον δέδωσι, πρὸς ἀλλαγὴν τελευτῆς βιαίας· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶδε μαινομένους, ἀγχομένους, ἐπιθυμοῦντας θυσιῶν, καὶ παρεσκευασμένους εἰ μὴ λάβοιεν, αὐτομολήσειν πρὸς τὰ εἴδωλα, (μᾶλλον δὲ οὐ παρεσκευασμένους, ἀλλὰ καὶ αὐτομολήσαντας ἤδη) ἐπέτρεψε τὰς θυσίας· καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δῆλον ἐντεῦθεν. μετὰ γὰρ τὴν μυσαρὰν ἑορτὴν, ἣν ἐπετέλεσαν τοῖς δαιμονίοις μοσχοποιήσαντες, τότε τὰς θυσίας ἐπέτρεψε, μονονουχὶ λέγων· μαίνεσθε, καὶ βούλεσθε θύειν;

Cedren.

A Subter eam jacent duodecim corbes. In septentrionali parte fori Curia est, quam Leo Verinæ maritus incendit. Ibi porta est Dianæ Ephesinæ, munus Trajani. in ea sunt expressæ causæ belli Scythici, Gigantum pugna, fulmina Jovis, Neptunus tridentem gestans, Apollo arcu instructus. infra Gigantes draconum in modum irruentes, manibus glebas in sublime jactantes, torvum tuentes. Ad fori porro plateam stant duæ statuæ. Una versus occasum Lindiæ Minervæ, casside armata, & monstro Gorgoneo, circa collum anguibus complicatis. sic enim imaginem ejus prisci referebant. Ortui opposita altera, Amphitrite est, cancri forfices habens super temporibus Rhodo adducta fuit. Constantinus B posuit magnam crucem. Quatuor pedibus suffultum opus, quod contentionem ventorum vocant, Theodosius Magnus erexit, pyramidis formam depingens, & fictilibus animalibus exornans, germinibus, fructibus, atque malis punicis. Stant & nudi Amores, invicem sibi blande arridentes, & infra transeuntibus illudentes. Rursum alii adolescentes subsidentes æreis tubis ventos inflant. & imago cerea in sublimi volans, acutos flatus ventorum denotat. Tauri statuam posuit magnus Theodosius, suas contra Scythas continentem pugnas, & de iis statuta trophæa; habet intus viam sursum ferentem. Eques porro in bivio positus, ipse C est magnus Theodosius, dextram versus urbem intendens, ac monstrans inscriptæ statuæ trophæa. Bus æreus Pergamo fuit allatus. caminus fuit, in qua ustus est Antipas sanctus martyr. Amastriana autem dicuntur, sive a quodam paupere qui Amastri oriundus, in urbem paupertatis causa venit, ibique mortuus est: sive ab infamia loci ejus maxima, quod ibi malefici & homicidæ supplicio afficiuntur, turpissimam denominationem accepit, propter Paphlagonum sceleratam vitam. Fuit aliquando ibi maximum templum Solis & Lunæ, in quo versus septentrionem ordine statuæ stabant: in medio autem sinus erat conchæ similis rotundæ, super quem Sol in albo curru, tum Luna nymphæ in morem D coronata bigis vehebatur. Byzantis ista erant opera, Phidaliæ mariti. Inferne autem ad ædis fundamenta sedebat quidam sceptriger in solio, populumque jubebat magistratui parere. Ibidem ad terram Jovis erat simulacrum ex albo lapide, quod videbatur in lecto sedere, opus Phidiæ. Xerolophus Arcadii opus est, tauro per omnia simile. Elephanti ad auream portam, similes sunt eorum quibus olim in urbem invectus fuit Theodosius.

Edit. Paris. pag. 353.

Idem magnus Theodosius Hierosolyma intrare cupiens, eo habitu privati hominis se contulit: venitque ad portam sanctæ Anastasiæ. eam cum pulsasset, famulus quidam aperuit. Cum vero E omnes lucernæ essent extinctæ, Imperatoris introitu universæ accensæ subito sunt, ut in solemnitate. Janitor autem attonitus miraculo, eum ad Joannem pontificem maximum adduxit. qui eum ut agnosceret, Deum precando est consecutus, beatumque prædicavit: qui cum esset Imperator, tali habitu venisset adoratum sacra loca.

Eugenius a Theodosio domitus.

Idem Theodosius bellum gerens con-

pag. 354.

tra Eugenium tyrannum, in monte oratorium eum invenisset, in pavimentum sese prostravit, ac lacrymans Deum opem poposcit. Inde eum præ animi ægritudine paululum obdormivisset, vidit in somnis duos quosdam albis equis insidentes, a quibus jubebatur bono esse animo, & exercitum ad pugnam excitare. Eorum alter se Joannem, alter Philippum, apostolos nominabant. Idem cuidam militum visum apparuit, isque rem Imperatori exposuit. Commissa autem pugna, exercitus Eugenii ad Theodosium transiit. Anteibat Eugenii exercitum imago Herculis, Theodosii veneranda crux. Constituit porro Theodosius columnam tauri. Et in Thra-
151 cia urbem condidit, quam a se Theodosiopolin nominavit: cum ante Apron diceretur, ab auctore suo Apro, socero Carini, & sui generi interfectore. Aliam quoque urbem condidit, ac de filii nomine Arcadiapolin dixit, cum ante appellaretur Bergulium.

Cum Eugenius tyrannidem invasisset, Arbogastus etiam Gallus socium se ejus tyrannidi præbuit. Id cum Romæ percepisset Valentinianus junior, Valentiniani Magni F. suspendio sese vita eduxit. Ad quem ulciscendum Theodosius expeditionem movens, non est propriis viribus confisus: sed Joannis cujusdam Ægyptii magni monachi baculum pro hasta, cucullam pro galea usurpans, Eugenium, cæso ejus comitatu, vivum in potestatem redegit. A victoria profectus Romam, plurima in urbem beneficia contulit: abolevitque consuetudinem, qua mancipia in locum bestiarum pereuntium in pistrina dedebantur, & molere usque ad senectutem cogebantur; itemque eam, qua adulterarum mulierum scortationes nolæ tinnitu publicabantur.

Undecimo anno Maximum tyrannum necavit, & ejus copiarum ducem Andragathium, utpote interfectorem Gratiani. Ut Romam venit, Honorium filium suum coronatum imperio inauguravit. Inde Constantinopolin reversus, postulante Alexandreæ episcopo Theophilo omnia falsorum numinum fana dejici, & simulacra conflari, ac in pauperum usus erogari curavit. Quo tempore etiam Marcellus Apameæ (Syriæ urbs est) episcopus, Græcanica templa demoliens, a Græcis est necatus. Cæterum templo Serapidis Alexandreæ destructo, sacrarum litterarum notæ inventæ sunt, crucis forma. Eas cum vidissent

Edit. Paris. pag. 325.

Græcæ religionis homines, fidem Christianam amplexi sunt, dicentes hieroglyphico sensu crucem designare, vitam supervenientem. Hunc Serapin alii, Jovem esse perhibent: alii Nilum, ideo quod modium habet in capite, & cubitum. Alii Apin quemdam ajunt hominem divitem fuisse in Ægypto, qui urgente fame Alexandrinis de suo suppeditaverit. Ei defuncto fanum fuisse & statuam positam, ejusque bovem publice nutritum, ac domini sui nomine affectum. Id fuisse symbolum agricolæ: sed & viri ejus nomen in Gorasin, statuæ in Serapin mutavetunt. In templo hujus Serapidis statua fuit ingens atque terribilis, diversa ex materia constans, & duabus manibus duos templi muros attingens. Intra hanc aliud fanum, simulacrum, & statua ænea, non magna. Hujus capiti infixerant ferrum, & e regione supra in tecti laquearibus lapidem magnetem: itaque effece-

A Εὐγενίῳ, εὑρὼν εὐκτήριον ἐν τῷ ὄρει, ἔπεσεν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κλαίων, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύων ἐπικουρῆσαι αὐτῷ. καὶ μικρὸν ἀφυπνώσας ἐξ ἀθυμίας, ὁρᾷ δύο τινὰς ἐφ' ἵπποις λευκοῖς καθημένους, λέγοντας αὐτῷ, θαρσεῖν, καὶ τὸν στρατὸν διεγείρειν εἰς πόλεμον. τῶν δὲ φανέντων ὁ μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν Ἰωάννην, ὁ δὲ Φίλιππον, τοὺς ἀποστόλους. ταύτην δὲ τὴν ὅρασιν καὶ εἷς τῶν στρατιωτῶν ἰδὼν, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ. καὶ πολέμου συγκροτηθέντος, προσερρύη ὁ στρατὸς τοῦ Εὐγενίου τῷ βασιλεῖ. προηγεῖτο δὲ ἐν τῷ στρατῷ τοῦ Εὐγενίου ἡ εἰκὼν τοῦ Ἡρακλέος, Θεοδοσίου δὲ ὁ τίμιος σταυρός. ἔνι δὲ ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος καὶ τὸν κίονα τοῦ ταύρου. κτίζει δὲ καὶ πόλιν ἐν Θρᾴκῃ, Θεοδοσιόπολιν ὀνομάσας, τὸν πρὶν λε-

B γόμενον Ἄπρων, ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν κατ' ἀρχὴν Ἄπρου, ὃς ἦν πενθερὸς Καρίνου, ὃς καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. ἔκτισε δὲ καὶ ἑτέραν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὸ πρὶν Βεργύλιον λεγομένην.

Εὐγενίου τυραννήσαντος, ἀντιγράφει καὶ Ἀργάβαστος ὁ ἀπὸ Γαλατίας, σὺν αὐτῷ τυραννῆσαι. ἀκούσας δὲ ἐν Ῥώμῃ ὁ μικρὸς Οὐαλεντινιανὸς, ὁ τοῦ μεγάλου Οὐαλεντινιανοῦ παῖς, ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. ἐστράτευσε δὲ ὁ μέγας Θεοδόσιος εἰς ἐκδίκησιν αὐτοῦ. ἐξιὼν δὲ κατὰ τοῦ τυράννου Εὐγενίου, οὐκ ἰδίᾳ ἰσχύϊ ἐθάρρησεν, Ἰωάννου δέ τινος Αἰγυπτίου μοναχοῦ μεγάλου, τὴν ῥάβδον ἀντὶ δόρατος, τὴν ἐπωμίδα δὲ ἀντὶ κράνους ὁπλισάμενος, κατὰ κράτος τὸν ἀλιτήριον χειροῦται ζῶντα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ

C ἀνεῖλε. μετὰ δὲ τὴν νίκην ταύτην εἰσελθὼν ἐν Ῥώμῃ, πλεῖστον τῇ πόλει ἐχαρίσατο. καὶ τὰ ἐν τοῖς μαγκιπείοις τῶν καταπιπτόντων ζώων ἄχρι γήρως τοῖς μύλωσι συγκλειομένων, καὶ ἀλήθειν καταπειγομένων, περιεῖλε· καὶ τὴν τῶν μοιχευομένων γυναικῶν ὕβριν, τὴν ἐν πορνείαις διὰ κώδωνος ἐλεγχομένην, περιέκοψε.

Τῷ ια'. ἔτει νικήσας Μάξιμον τὸν τύραννον, ἀνεῖλε καὶ Ἀνδραγάθιον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ, ὡς φονεύσαντα Γρατιανόν. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, ἔστεψεν Ὀνώριον τὸν υἱὸν αὐτοῦ βασιλέα, καὶ ἀνῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ τοῦ Ἀλεξανδρείας Θεοφίλου αἰτησαμένου, τὰ ἱερὰ πάντα τῶν Ἑλλήνων καθῃρέθησαν, καὶ τὰ εἴδωλα ἐχωνεύθησαν, καὶ εἰς χρείας πενήτων ἐδόθη. τότε καὶ Μάρκελλος ὁ ἐπίσκοπος Ἀπαμείας τῆς Συρίας, ναοὺς Ἑλληνικοὺς καταστρέφων, ὑπὸ

D τῶν Ἑλλήνων ἀναιρεῖται. τοῦ δὲ ναοῦ τοῦ Σαράπιδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λυομένου, ἱερογλυφικὰ γράμματα εὑρέθη, σταυροῦ τύπον ἐπέχοντα, ἅπερ οἱ ἐξ Ἑλλήνων θεασάμενοι, ἐπίστευσαν, λέγοντες σημαίνειν τὸν σταυρὸν, κατὰ τὴν τῶν ἱερογλυφικῶν γραμμάτων ἔννοιαν, ζωὴν ἐπερχομένην. τοῦτον τὸν Σάραπιν οἱ μὲν τὸν Δία εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ τὸν Νεῖλον, διὰ τὸ τὸν μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸν πῆχυν. οἱ δὲ Ἄπιν τινὰ ἄνθρωπον εὔπορον ἐν Αἰγύπτῳ γεγονέναι, ὃς ἐν καιρῷ λιμοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐπήρκεσεν Ἀλεξανδρεῦσιν, ᾧ καὶ τελευτῶντι ναὸν καὶ στήλην ἀνέστησαν· καὶ βοῦς αὐτοῦ ἐτρέφετο, ὃν καὶ Ἄπιν ἐκάλουν, ὁμωνύμως τῷ δεσπότῃ· σύμβολον ὑπάρχων τοῦ γεωργοῦ. μετωνόμασαν δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖ-

E νον καὶ Γόρασιν, καὶ Σάραπιν τὴν στήλην. ἐν τῷ ναῷ γοῦν τούτου ἄγαλμα μέγα καὶ φοβερὸν, οἷον ἐκ διαφόρου κατεσκευασμένον ὕλης ἵστατο, ὡς ἑκατέραις χερσὶν ἑκατέρων ἔχεσθαι τῶν τοίχων. ἔνδον δὲ τούτου τοῦ μεγίστου ἀγάλματος, ἄλλος ναὸς καὶ εἴδωλον, καὶ ξόανον ἀπηώρητο χαλκοῦν, οὐ μέγα δέ. τούτου τῇ κεφαλῇ σίδηρον ἐνείραντες, τοῖς φατνώμασι δὲ τῆς στέγης ἄνωθεν μαγνῆτιν λίθον κατὰ κάθετον ἐνθέμενοι, μετέωρον τοῦτον τοῦ ἀέρος ἀφῆκαν ὁρᾶσθαι

θαι αἰωρούμενον, καὶ ὑπὸ γῆς, οὔτ' αὐτῆς τῆς στέγης ἐφαπτόμενον.

Ἰστέον, ὅτι τὸ μὲν εἴδωλον οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει. τὸ δ' ἴνδαλμα τινός ἐστιν ὁμοίωμα καὶ ἀπεικόνισμα. καὶ εἴδωλον μὲν, σφίγγες, κένταυροι, κυνοπρόσωπα, καὶ βουκέφαλοι, ἤγουν τὰ μὴ ὑφεστῶτα. ὁμοιώματα δὲ τῶν ὑφεστώτων εἰκάσματα, οἷον ἡλίου, σελήνης, ἄστρων, ἀνθρώπων, θηρίων, ἑρπετῶν, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων.

Ἰστέον, ὅτι Χαλδαῖοι τὸ πῦρ ὡς πάντων ἀναιρετικὸν σέβονται, καὶ πάντας τοὺς Ἑλλήνων θεοὺς κατέδραμον. προσῆλθον δὲ καὶ τῷ Κάνωπος ἱερεῖ, καὶ αὐτὸς μηχανᾶταί τι τοιοῦτον. εἰς τύπον ἀγάλματος ὑδρίαν ὀστρακίνην κατασκευάσας, τρήσεις ὑπέθηκε λεπτὰς, ἃς κηρῷ φραξάμενος, καὶ χρώματι καλλύνας, παλαιοῦ ἀγάλματος ἀποτεμὼν κεφαλὴν, καὶ ἐφαρμόσας τῷ σκεύει δεξιῶς, καὶ τῷ πυρὶ προσαγαγὼν, ἤλεγξεν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, κατὰ μικρὸν διὰ τοῦ ὕδατος ἀποσβεσθέντος.

Τῷ ιε'. καὶ ις'. ἔτει αὐτοῦ, Θεοδόσιος νόμον γράφει, γυναῖκα εἰς διακόνισσαν μὴ προβαίνειν, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξ'. ἔτη. τῷ αὐτῷ ἔτει Πλακίλλα ἡ γαμετὴ Θεοδοσίου ἐκοιμήθη, εὐσεβὴς οὖσα, καὶ φιλόπτωχος, οἰκείαις χερσὶ λωβοῖς καὶ νοσοῦσιν ὑπηρετοῦσα. ταύτης τὸν ἀνδριάντα κατέαξαν οἱ Ἀντιοχεῖς, διὰ τὰ ἐπιτεθέντα δημόσια παρὰ τοῦ βασιλέως τελέσματα αὐτοῖς. τότε καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, πρεσβύτερος ὢν Ἀντιοχείας, λόγους περὶ τούτου θαυμαστοὺς ἐξέθετο, οὓς ἀνδριάντας ἐπέγραψε. τότε καὶ ἡ ἐν Θεσσαλονίκῃ σφαγὴ τῶν ιε'. χιλιάδων τοῦ λαοῦ, ὑπὸ Θεοδοσίου γίνεται, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων εἰς αὐτὸν βασιλέα πραχθέντα. Διὸ καὶ νόμον ἐκτίθεται, τοῖς καταδικαζομένοις θανάτῳ ἢ δημεύσει, προθεσμίαν λ'. ἡμερῶν εἰς διάσκεψιν δίδοσθαι.

Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει, τοῦ ποταμοῦ Νείλου κατὰ τὸ ἔθος μὴ ἀναβάντος, ἔχαιρον οἱ Ἕλληνες, λέγοντες αἴτιον εἶναι τούτου, τὸ κωλυθῆναι θύειν τοῖς θεοῖς αὐτῶν. ὅπερ μαθὼν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς, εἶπε· μὴ γένοιτό ποτε ποταμὸν θυσίαις χαίροντα, ἐπὶ τὴν γῆν πλημμυρῆσαι. ὁ δὲ Θεὸς τοῦτο ἀποδεξάμενος, εὐλόγησε τὴν ἀνάβασιν τοῦ ποταμοῦ, ὥστε ἅπαντας τοὺς κατ' Αἴγυπτον φοβηθῆναι, μὴ καὶ αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατακλύσῃ ἡ πλημμύρα τοῦ ὕδατος.

Ἐν Μεδιολάνῳ ὑπάρχοντος τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου, οἱ ἐκ Κωνσταντινουπόλεως Ἰουδαῖοι, ἐκ προστάξεως Ὀνωράτου ἐπάρχου συναγωγὴν ἐν τοῖς χαλκοπρατείοις πολλῶν ταλάντων εἰργάσαντο. τῶν δὲ Χριστιανῶν δυσφημούντων κατὰ τοῦ ἐπάρχου, αὐτὸς οὐ προσεῖχεν. ἦν γὰρ Ἕλλην. πῦρ οὖν ἐμβαλόντες νυκτὸς, ταύτην κατέκαυσαν. γράφει τοῦτο ὁ ἔπαρχος πρὸς Θεοδόσιον, ἐγκαλῶν τοῖς πολίταις. ὁ δὲ ὁρίζει ζημίαν ὑποστῆναι τοὺς τοῦτο δράσαντας, καὶ ἀνοικοδομῆσαι τὴν συναγωγήν. προσφεύγουσιν οἱ πολῖται πρὸς τὸν μέγαν Ἀμβρόσιον. ὁ δὲ τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστοῦ γενεθλίων ἐνστάσης, καὶ τοῦ βασιλέως εἴσοδον ποιήσασθαι μέλλοντος, δημηγορεῖ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος ὀλίγα μὲν περὶ τῆς ἑορτῆς, τὰ πλείω δὲ τοῦ βασιλέως καθαπτόμενος σφοδρῶς, φάσκων οὕτως ὡς, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἐγώ σε ποιμένα ὄντα προβάτων ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων ἔλαβον, καὶ τοῦ λαοῦ μου ποιμένα καὶ βασιλέα κατέστησα; οὐκ ἐγώ σου τὴν κεφαλὴν αὐχμῶσαν καὶ φθειριῶσαν, χρυσῷ στεφάνῳ κατεκαλλώπισα, καὶ ταινίᾳ χρυσοπορφύρῳ ἐκόσμησα; καὶ ἵνα

Cedren.

A rant, ut statua in aere videretur suspensa, neque terram tangens, neque tectum.

Inter idolum & indalma hoc interesse noveris, quod idolum nullius est rei in natura extantis signum: indalma autem, alicujus similitudo atque effigies rei. Idolum est, ut verbi gratia, Sphinges, Centauri, vultu canino, aut capitibus bovillis præditi: ea enim nusquam sunt. Simulacra autem sunt: ut Solis, ut Lunæ, ut astrorum, ut hominum, ferarum, repentium, & aliorum id genus.

Nota, Chaldæos ignem, ut quo omnes res consumantur, pro Deo coluisse, & omnes Græcorum deos refutasse. Hi cum ad Canopi etiam sacerdotem pervenissent, is tali usus est astu. Situlam fictilem in statuæ formam apparavit, quam tenuibus B foraminibus cera oppletis pertusam aqua implevit, inductoque colore, & statuæ capite artificiose imposito, igni admovit, itaque vim ignis refellit, paulatim aquæ defluxu extincti.

Anno sui imperii XV & XVI, Theodosius legem tulit, ne qua mulier ad diaconissæ munus reciperetur, nisi annum LX egressa. Eodem anno moritur Placilla Theodosii uxor, pia, & pauperum studiosa, quæ suis manibus ægrotis atque male affecto corpore hominibus ministrabat. Hujus statuam confregerunt Antiocheni, ob exactionem Imperatoris. (Qua de re Joannes Chrysostomus, eo tempore Antiocheæ presbyter, mirandas edidit orationes, Statuarum titulo.) Tunc etiam C idcirco Thessalonicæ Theodosius XV hominum millia interfecit: & Ambrosius Mediolani episcopus ea cum Imperatore egit, quæ retulimus. quibus motus Imperator legem tulit, quæ recognoscendæ sententiæ causa damnato mortis aut publicationis XXX dierum dilationem concedebat.

Eo ipso anno, cum Nilus pro more non exundasset, Græci lenti hanc dixerunt esse causam, quod diis suis sacrificare interdictum ipsis esset. Theodosius eorum sermone cognito: Absit (ait) ut fluvius sacrificiis gaudens terram irriget. Deus autem id ejus responsum ita probavit, ut Nilum exundare jusserit adeo, ut universi Ægyptii in metum venerint, ne ipsam quoque Alexandream eluvio ista per- D deret. Edit. Paris. pag. 326.

Dum Mediolani degit Theodosius, interim Judæi qui Constantinopoli vivebant, mandato Honorati præfecti multis talentis constantem in Chalcoprato ædificant synagogam. Præfectus a Christianis ejus rei causa objurgatus, utpote Græcæ religionis sectator, animum eis non advertit. Itaque ii noctu eam igne injecto cremant. Præfectus eo de facto ad Imperatorem scribit, cives accusans: impetratque ut is jubeat mulctari cives, & refici synagogam. Cives opem Ambrosii implorant. Is cum natalitium Christi festum tempus advenisset, rege templum ingresso, pauca quædam de ea solemnitate concionatus, majorem orationis partem acriter increpando Impera- E torem insumpsit, ita in Dei persona eum compellans. Nonne te ego de pastore ovium, insidiantibus ereptum, populi mei pastorem ac imperatorem constitui? Nonne caput tuum squalore & pediculis deforme, aurea corona redimivi, ac tæniis auro purpuraque insigni exornavi? Quare igitur filii mei interfectores, primas tuo judicio tenent partes? quare po-

Judæorum synagoga a Christianis cremata.

saa

pulum meum, & hæreditatem meam mulctis atteris? Ad hæc Imperator: Quid agis, inquit, episcope, qui solemnitatis omissa materia, totam in me dirigis orationem? Non adversum te, inquit Ambrosius, sed pro te hoc fit. quid enim gravius in Christianos potuit statui, quam ut Judæorum synagogas reficiant? Tum Theodosius: Justumne ergo tibi videtur, turbam hominum incompositam in regia urbe pro sua libidine agere? Respondit Ambrosius: Quid? justumne putas esse, piissime Imperator, ut in urbe quæ ara est Imperii, Judæi in Deum contumeliosa carmina decantent? Ne hac via ingrediare, optime Princeps. Judæorum enim vota, in Deum maledicta sunt, & contumeliæ, atque infandæ execrationes. His Ambrosii motus verbis Imperator, Christianis mulctam remisit: legemque tulit, ne Judæi Byzantii synagogam haberent, neve in publico preces facerent.

Olympiorum initium & finis. *Edit. Paris. pag. 357.* Tum Olympiorum desiit festivitas, quarti cujusque anni exitu solita celebrari: instituta eo tempore, quo Manasses Judæ rex fuit, & usque ad imperium Theodosii perducta. cœperuntque numerari indictiones, quarum principium in xv annum imperii Augusti. Nomen habet Indictio ab Actiaca victoria, & est Actium promontorium Nicopolis, urbis in Epiro sitæ: quod eo tempore Augustus ibi devictis Antonio & Cleopatra, solus rerum summam obtinuit.

Arsenius. Enimvero Theodosius principio sui imperii Roma abduxerat magnum illum Arsenium, cum de ejus rerum humanarum divinarumque peritia inaudivisset: eique suos filios Arcadium & Honorium sacris litteris instituendos commendaverat, ac Cæsarum patrem constituerat. Is Arsenius Deum quadam nocte invocans, vocem audivit ita præcipientem: Arseni, fuge homines, & salvus eris. Theodosii mors. Idem Theodosius templa fictitiorum deorum, quæ tantum occludi Constantinus Magnus jusserat, omnia funditus evertit. Mediolani ex morbo decessit sexagenarius, postquam imperasset annos xvi. duobus filiis relictis: quorum majorem Arcadium Orienti præfecit, Honorium cum Placidia Occidenti. Ac Honorius quidem Ravennæ regium suam constituit. Placidia autem Gratiani filia, Romæ. Patris corpus Arcadius Constantinopolin detulit, atque in fano Apostolorum deposuit. Episcopatum tenuit Nectarius; anno mundi ɔɔɔɔcccclxxxix: incarnationis divinæ cccxciv.

ARCADIUS imperator. Arcadius Theodosii Magni F. imperavit annos xiv. Is quinto imperii sui anno Rostra magna e regione prætorii extruxit. Fuit Arcadius corpore admodum deformi, niger, statura parva, id unum præclarum habens, quod bene scribebat, ita ab Arsenio edoctus. Sub eo reliquiæ B. Joannis Baptistæ Alexandream transpositæ sunt. Etiam peculiarem numerum Constantinopoli instituit, quos Arcadianos appellavit.

Chrysostomus. Sextum Arcadio annum imperante, Chrysostomus Constantinopolis episcopus deligitur: cujus facundiæ etiam Libanius testimonium tulit. Interrogatus namque ab auditoribus, quemnam suo loco scholæ præficeret? Joannem, respondit, se præpositurum ei fuisse, ni-

A τί τὰς σφαγίας τὰ ἐμοῦ μου, προσκαίρως ἄγεις; καὶ τὸν ἐμὸν λαὸν καταπτρύχεις, ποινηλατῶν τὴν κληρονομίαν μου; καὶ ὁ βασιλεὺς· τί ποιεῖς ἐπίσκοπε; τὴν ἑορτὴν καταλιπὼν, ὅλην ἐπ' ἐμὲ τὴν δημηγορίαν ἐξήρτησας; καὶ ὁ Ἀμβρόσιος· οὐ κατὰ σοῦ βασιλεῦ, ἀλλ' ὑπὲρ σοῦ. τί γὰρ ἔσται Χριστιανοῖς ἄλλο δεινότερον, ἵνα καὶ Ἰουδαίων συναγωγὰς ἀπαρτίζωσι; καὶ ὁ βασιλεὺς· καὶ δίκαιόν ἐστιν, ἵνα ὅ ἐὰν δόξῃ δήμῳ ἀτάκτῳ ἐπὶ βασιλικῇ πόλει κατεργάζηται; καὶ ὁ Ἀμβρόσιος· καὶ τοῦτο δίκαιόν ἐστι, βασιλέων θεοσεβέστατε, ἐν ἐπὶ πόλεως βασιλευούσης Ἰουδαῖοι βλασφήμους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι; μὴ τούτῳ συγχώρει βασιλέων ἄριστε. αἱ γὰρ ἐκείνων εὐχαὶ, βλασφημίαι, καὶ ὕβρεις καὶ ἀρρητολογίαι τυγχάνουσι. καὶ B ταῦτα λέγοντος Ἀμβροσίου, ἀφῆκεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἐπιτίμιον, νόμον ἐκθέμενος, μὴ ἔχειν Ἰουδαίους ἐν Βυζαντίῳ συναγωγὴν, μήτε τολμᾷν δημοσίᾳ προσεύχεσθαι.

Ἐν τούτοις οὖν τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις. ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις, ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε΄. τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλεῖται δὲ ἰνδικτιὼν, ἤγουν Ἰακτιὼν, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Ἄκτιον δέ ἐστιν ἀκρωτήριον Νικοπόλεως τῆς Ἠπείρου, ἔνθα μαχεσάμενος Αὔγουστος τόν τε Ἀντώνιον καὶ C Κλεοπάτραν ἐνίκησε, μόναρχος ἀναδειχθεὶς τῷ τότε χρόνῳ.

Ὁ οὖν μέγας Θεοδόσιος ἤγαγεν ἀπὸ Ῥώμης ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὸν μέγαν Ἀρσένιον, ἀκούσας περὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ θείας γνώσεως· καὶ τούτῳ Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ δέδωκε, παιδεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰ ἱερὰ γράμματα, ὃν καὶ βασιλειοπάτορα πεποίηκεν. οὗτος ἐννυκτὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ, ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῷ· Ἀρσένιε φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ. οὗτος ὁ Θεοδόσιος τοὺς εἰδωλικοὺς ναοὺς, οὓς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος κλεισθῆναι μόνον προσέταξε, πάντας ἕως ἐδάφους κατέλυσεν. ἐν Μεδιολάνῳ δὲ ἀρρωστήσας, ἐκοιμήθη ἐν κυρίῳ, ὑπάρχων ἐτῶν ξ. βασιλεύσας ἔτη ις΄. καταλεί-D ψας τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, Ἀρκάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῆς ἑῴας, Ὀνώριον δὲ τῶν Ἑσπερίων σὺν Πλακιδίᾳ. καὶ ὁ μὲν Ὀνώριος εἶχε τὰ βασίλεια εἰς Ῥάβενναν, Πλακιδία δὲ ἡ θυγάτηρ Γρατιανοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ. μετήνεγκε δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἀρκάδιος, θεὶς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. τὴν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης καθέδραν κατεῖχε Νεκτάριος, κόσμου ἔτει ͵εωπη΄. τῆς θείας σαρκώσεως τϟδ΄.

Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, ἐβασίλευσεν ἔτη ιδ΄. οὗτος ἐν τῷ ε΄. ἔτει τὸν μέγαν ἔμβολον ἀντικρὺ τοῦ Πραιτωρίου ἔκτισεν. ἦν δὲ Ἀρκάδιος τὴν θέσιν τοῦ σώματος εἰδεχθέστατος, μέλας, τὴν χροιὰν, τὴν ἡλικίαν φαυλότατος· ἓν μόνον ἔχων πλεονέκτημα, τὸ καλῶς γράφειν, ὃ παρὰ E τοῦ μεγάλου Ἀρσενίου ἐξεπαιδεύθη. ἐπὶ τούτου μετετέθη τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου προφήτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ποιεῖ δὲ καὶ ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὃν ἐκάλεσεν Ἀρκαδιακούς.

Τῷ ς΄. τούτου ἐνιαυτῷ, χειροτονεῖται ὁ Χρυσόστομος ἐν Κωνσταντινουπόλει, ᾧ καὶ Λιβάνιος ἐμαρτύρησε. πυνθανομένων γὰρ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν, τίνα ἀντ'

αὐτοῦ παραδοθῆναι τοῦ διδασκαλείου· Ἰωάννην (ἔφ) εἰ μὴ ἐσυλήθη ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν. τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτει γεννᾶται Ἀρκαδίῳ υἱὸς, ἐξ Εὐδοξίας τῆς Αὐγούστης, Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ὃν ἀνεδέξατο Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. A

Τῷ η'. ἔτει, Γαϊνᾶς τυραννεῖ κατὰ Ἀρκαδίου, καὶ πολλὰ κακὰ τῷ Βυζαντίῳ ἐπεδείξατο. ὅρκους δὲ λαβὼν καὶ δοὺς ἐν τῷ ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ, τῇ ἐν Χαλκηδόνι, τούτους παρέβη. καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει, ἐχώρησε πρὸς ἁρπαγὰς, καὶ ἑτέρας ἀτοπίας. ὅστις ἐξελθὼν εἰς τὴν Χερρόνησον Θρᾴκης καὶ σχεδίας ποιήσας, πρὸς τὰς ἀνατολικὰς πόλεις χωρεῖ. πολέμου δὲ πολλοῦ συρραγέντος κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν, ἀπώλετο σὺν τοῖς ἑαυτοῦ στρατεύμασι.

B Τοῦ δὲ Χρυσοστόμου τὰ τῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας ἰθύνοντος, προσῆλθεν αὐτῷ τις τῆς τῶν Μακεδονιανῶν αἱρέσεως μετανοήσας. παραινέσας δὲ καὶ τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ ἐπιστρέψαι, καὶ μετανοῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι, μόλις ὡς δῆθεν ἔπεισεν. ἡ δὲ δοῦσα τῇ παιδίσκῃ κοινωνίαν τῶν Μακεδονιανῶν, ἐκέλευσεν ἔχειν μεθ' ἑαυτῆς. καὶ δὴ προσελθοῦσα τῷ Χρυσοστόμῳ, καὶ δεξαμένη τὴν ἁγίαν κοινωνίαν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ὑποκριθεῖσα ταύτης μεταλαμβάνειν, δίδωσι τῇ παιδίσκῃ· καὶ τὴν τῶν Μακεδονιανῶν λαβοῦσα, προσάγει τῷ στόματι, καὶ εὑρίσκει αὐτὴν λίθον γεγονυῖαν. φρίξασα οὖν, προσπίπτει τῷ ἁγίῳ ἔντρομος, ἐξαγορεύουσα τὸ τόλμημα, καὶ εἰλικρινῶς προσερχομένη τῇ ἐκκλησίᾳ.

C Κύριλλος δὲ, ὁ ἁγιώτατος Ἀλεξανδρείας Ἀρχιεπίσκοπος, ἀνεψιὸς ἦν Θεοφίλου κατὰ σάρκα. ἕως δὲ χρόνων τινῶν καὶ αὐτὸς προλήψει δουλεύων ὡς ἄνθρωπος, καὶ τῷ Θεοφίλῳ ὡς θείῳ ἐπακολουθῶν, πονηρὰ κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου ἐφρόνει τε καὶ ἐφθέγγετο· ἐπειδὴ δὲ ζῆλος ἦν, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν, οὐ φθόνος δὲ, οὐδ' ἔνστασις διαβολικὴ τὸ μαχόμενον, διὰ τοῦτο ἄξιος διορθώσεως ἐκρίθη, ἀποκαλύψει τινὶ μυστικῇ· ἐν ᾗ ἐδόκει εὑρεθῆναι ἔν τινι φοβερῷ καὶ περικαλλεῖ τόπῳ, ἐν ᾧ πλήθη ἁγίων ἀγγέλων παρειστήκεσαν τῇ Θεομήτορι. σύνεγγυς δὲ ταύτης τὸν μέγαν Χρυσόστομον. ἔνθα δὲ πειραθέντα Κύριλλον πλησιάσαι, ἐξωθεῖσθαι προστάξει τοῦ Ἰωάννου. τὴν μητέρα δὲ τοῦ Κυρίου πρεσβεύουσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ παραδεχθῆναι D ἀξιοῦσαν, ὡς ἕνα ὀλίγα ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτῆς πεπονηκότος, εἰς τὸ Θεοτόκον αὐτὴν ὀνομάζεσθαι. εἰς ἑαυτὸν δὲ ὁ ἱερὸς Κύριλλος γενόμενος, κατέγνω μὲν ἑαυτοῦ. τοῖς δὲ τοῦ Χρυσοστόμου ἑπόμενος πᾶσι, καὶ δώδεκα κεφάλαια ἐξέθετο δογματικὰ, καὶ Νεστορίῳ ἔπεμψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει· ὧν ἐκεῖνος καταφρονήσας, τὴν κατ' αὐτοῦ τρίτην σύνοδον γενέσθαι παρεσκεύασεν. Ἀρσένιος δὲ ὁ μέγας τῶν τοῦ κόσμου πάντων καταφρονήσας, καὶ τοῦ κόσμου ἀναχωρήσας, τὴν θείαν φιλοσοφίαν ἐν Αἰγύπτῳ μετήρχετο ἐν μοναδικῷ σχήματι.

Τῷ ι. ἔτει Ἀρκαδίου, ἡ πρώτη ἐξορία τοῦ Χρυσοστόμου γέγονεν. ἀφ' ἧς ὑποστρέψει, ἑξήκοντα ἐπισκόπων συνελθόντων, καὶ ἄκυρα πάντα τὰ κατὰ τοῦ Θείου Ἰωάννου παρὰ τοῦ Θεοφίλου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ποιησάντων δι- E καίως.

Τῷ δὲ ια'. καὶ ιβ'. ἔτει, πάλιν τὰ κατὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὔξει τοῦ Χρυσοστόμου.

Ἐν δὲ ιγ'. ἔτει καὶ τὸν λόγον ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχὴ, πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται· τότε ἔχθρα τελεία τῆς βασιλίσσης κατ' αὐτοῦ γίνεται, καὶ πάλιν καθαίρεσις καὶ

Cedren.

A si hunc surripuissent Christiani. Eodem anno Theodosium juniorem Eudoxia Augusta Arcadio peperit, quem de sancto lavacro Joannes Chrysostomus suscepit.

Anno octavo Gainas tyrannidem contra Arcadium occupavit, multaque mala Byzantio intulit. Qui cum ultro citroque dato juramento Chalcedone ad sanctam Euphemiam pacem icisset, eo violato in urbem ingressus, direptiones & alia mala perpetravit. Inde ad Thraciæ Cherronesum profectus, ratibus confectis ad urbes Orientis cursum instituit. Sed terra marique commissis pugnis, periit cum suo exercitu. *Gainas.* *Edit. Paris. pag. 328.*

Cum orthodoxæ ecclesiæ præesset Chrysostomus, accessit ad eum quidam, qui a Macedoniana secta in viam redierat: B & uxorem quoque ad idem operose exhortatus, impetrasse ab ea videbatur, ut ipsa quoque ad veram secum ecclesiam rediret, ac sacramentum communicaret. Hæc particulam Macedonianam ancillæ dat, jubetque secum adservare: & ad Chrysostomum aggressa, cum sacram particulam de manibus ejus accepisset, fingens ea se vesci, ancillæ eam porrigit: Macedonianamque ab ea repetens, cum hanc ori admoveret, sensit in lapidem mutatam. Exhorrescens ergo, tremebunda se ad pedes sancti episcopi abjicit, facinus suum confitens, ac tum vere ad ecclesiam se conferens. *Hypocrisis miraculo redarguta.*

Cyrillus autem sanctissimus Alexan- C dreæ archiepiscopus, consobrinus erat Theophili: & aliquandiu præsumptioni serviens, ut homo, ac Theophilum avunculum sequens, de Chrysostomo male & sentiebat & loquebatur. Quia autem fervens hoc erat studium pugnandi, non a notitia veri, neque tamen ab invidia aut diabolica pervicacia ortum, dignus est habitus qui in viam revocaretur, mystica quadam patefactione. Imaginatus enim est Cyrillus, se esse quodam terribili ac pulcherrimo in loco, ubi multitudo angelorum genitrici Dei adstaret, propeque eam Chrysostomus. Se, cum accedere conaretur, ab eo repelli: matrem autem Dei intercedere pro se, & poscere ut admittatur: quia non parum propter ipsam la- D boris pertulisset, dum nomen Dei genitricis vindicaret. Postquam ad se rediit Cyrillus, sui ipsius pœnitentia ductus, in omnibus Chrysostomum exinde est secutus. Edidit etiam duodecim Capitula, decreta ecclesiæ continentia, misitque Nestorio Constantinopolin. quæ is contemnens, causa fuit ut tertia contra ipsum Synodus conscriberetur. Magnus autem ille Arsenius, mundo contempto atque relicto, divinam Philosophiam in Ægypto coluit, habitu monachi. *Cyrillus Chrysostomo conciliatus.* *123* *Arsenius.*

Decimo Arcadii anno Chrysostomus primum est relegatus. revocatusque deinde, cum LX episcopi convenissent, justoque judicio rescidissent quæ contra eum Theophilus cum sua factione egeE rant. *Chrysostomi vita & pericula.*

Annis XI & XII, rursus Chrysostomo insidiæ majorem in modum tenduntur. *Pag. 329.*

Anno XIII, cum orationem composuisset, cujus initium, Rursum Herodias furit: odium Imperatricis in eum prorsus exarsit. rursumque episcopatu dejectus, relegatur primo Cucusum, in-

de Pitiuntem. Cumque obiter Comana Armeniæ oppidum pervenisset, ad Dominum ex hac vita commigravit. De hoc sancto patre nostro, & orbis terrarum illuminatore, videtur operæpretium paucula altius repetere, quod fortassis honesti studiosis non videbitur a re alienum esse.

Is ergo annum ætatis agens duodevigesimum, deserens magistrum suum Libanium sophistam, a Meletio Antiochenæ sanctissimo episcopo baptizatus, ad Lectoris munus designatus est. Ibi cum triennium Ecclesiæ adfuisset, ad monachorum quemdam præfectum secessit, nomine Carterium: apudque eum quadriennium moratus, monachus sub eo fuit: institutusque est sacris litteris, & accurata vitæ solitariæ degendæ ratione. Postea quietis cupiditate ductus, in speluncam abiit, inque ea biennium solus exegit. Quo toto biennio cum neque noctu neque interdiu recubuisset, enecavit renes & partes infra ventrem sitas, frigore eas perdente. Porro non contentus sibi ipsi profuisse, rursum divina providentia hoc ad multorum salutem procurante ad Ecclesiam rediit. Meletius tunc eum diaconum creat. Cumque altari triennium inservivisset, & jam ejus in docendo virtus innotuisset, a Flaviano episcopo presbyter constituitur. Inde in Antiochena ecclesia quadriennium versatus, vitæ suæ virtutibus eam exornavit. Erat summa continentiæ & tolerantiæ exercitatione, pervigil, & quietis studiosissimus, ac temperantiæ æmulatione in dicendo liber: alioquin irritabilis, iræ quam pudori obsequentior, immodica dicendi libertate utebatur adversus interpellantes. In docendo utilissimus habebatur, in colloquiis
124 arrogans videbatur & contemptor hominum, iis qui eum non norant. Itaque etiam ad episcoparum evectus, majori supercilio adversum subditos utebatur, ad salutem & correctionem singulorum gestus ac orationes immutans. Nemo igitur hunc arrogantiæ damnabit, nisi adulator: neque mediocri animo fuisse credet, qui ipse adulator fit, & parvi animi. Verum ita habendum est, eum statum hunc tenuisse, qui liberum decet. (Magnanimum enim esse convenit, non superbum: fortem, non temerarium: æ-

Edit. Paris. pag. 330.

quanimum, non abjecti animi: moderatum, non humilitatis simulatorem: liberalem, non servilem.) Quemadmodum &

Officium præsulis.

ipse Chrysostomus dicit: Propterea varium esse oportet pastorem atque doctorem. Varium dico, non subdolum: neque adulatorem aut insultatorem, sed plenum magnæ libertatis: qui & concedere utiliter possit, ubi rei argumentum id requiret: & tam lenem se, quam austerum præbere. Neque enim omnes eodem modo sunt tractandi subditi: quando neque medici ad omnes morbos eodem utuntur remedio: neque gubernatori unica est ventis resistendi ratio. Considera ergo qualem oporteat hunc esse, qui tantam sustinere tempestatem debeat, tantumque æstum atque tot fluctus, ut omnibus omnia fiat, quo omnes lucretur. Oportet enim hunc esse gravem, fastus expertem, terribilem, placidum, imperio utentem, communicantem, corruptelas respuentem, demerendi gnarum, humilem, animi nequaquam obnoxii, hilarem ac mansuetum, ut contra ista pugnare expedite possit. Ergo qui virtute præditus est, ac cordatus, is cavere de-

A ἐξορία εἰς Κουκουσὸν, ἐκεῖθεν εἰς Πιτιοῦντα· καὶ γενόμενος ἐν Κομάνοις τῆς Ἀρμενίας κατὰ πάροδον, ἐτελειώθη ἐν Κυρίῳ. ἄξιον δέ ἐστι μικρὸν ἐπαναλαβεῖν τῷ λόγῳ περὶ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν, καὶ φωστῆρος τῆς οἰκουμένης Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· ἴσως γὰρ τοῖς φιλοκάλοις οὐ δόξει τοῦτο πάρεργον.

Ὀκτωκαιδέκατον ἄγων τῆς ἡλικίας ἔτος, καταλιπὼν τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Λιβάνιον τὸν σοφιστὴν, ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας Μελετίου βαπτισθεὶς, χειροτονεῖται ἀναγνώστης. καὶ παραμείνας τῇ ἐκκλησίᾳ ἔτη τρία, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπῆλθε πρός τινα μοναχὸν καὶ ἡγούμενον Καρτέριον τοὔνομα, καὶ αὐτῷ προσμείνας ἔτη τέσσαρα, γίνεται ὑπ' αὐτοῦ μοναχός. καὶ τὰς θείας γραφὰς ὑπ' αὐτοῦ
B παιδευθεὶς, καὶ τῆς μοναχικῆς πολιτείας τὴν ἀκρίβειαν χρόνον τινὰ, ἀνεχώρησεν ἐν σπηλαίῳ μόνος ἔτη δύο, ποθῶν τὴν ἡσυχίαν. μὴ ἀναπεσὼν δὲ τὸν διετῆ χρόνον, μὴ νύκτωρ, μὴ μεθ' ἡμέραν, νεκροῦται τὰ ὑπογάστρια, πληγεὶς ὑπὸ τοῦ κρύους τὰς περὶ τοὺς νεφροὺς δυνάμεις. μὴ ἐπαρκῶν δὲ ἑαυτῷ χρησιμεύειν, πάλιν καταλαμβάνει τὴν ἐκκλησίαν ἐκ θείας προμηθείας εἰς πολλῶν σωτηρίαν. ἐντεῦθεν χειροτονεῖται διάκονος ὑπὸ τοῦ θείου Μελετίου, ὑπηρετήσας τῷ θυσιαστηρίῳ τρία ἔτη. ἤδη γὰρ τῆς διδασκαλικῆς αὐτοῦ ἀρετῆς διαλαμπούσης, πρεσβύτερος χειροτονεῖται διὰ Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τέσσαρα ἔτη διατρίψας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ἀντιοχείας, ἀποσεμνύνει τὸ ἐκεῖσε ἱερατεῖον τῇ τοῦ βίου ἀρετῇ. ἦν γὰρ ἀσκητὴς ἄκρως, καὶ πολυάγρυπνος, καὶ φιλήσυχος λίαν, καὶ διὰ ζῆλον σωφροσύνης ἀ-
C παρρησίαστος, καὶ ἀκρόχολος, καὶ θυμῷ μᾶλλον ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο. ἐλευθεροστομίᾳ τε πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτροις ἐκέχρητο. καὶ ἐν μὲν τῇ διδασκαλίᾳ πολὺς ἦν πρὸς ὠφέλειαν, ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικός τις καὶ ὑπερόπτης ἐνομίζετο τοῖς αὐτὸν ἀγνοοῦσι. διὸ καὶ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς, μείζονι ὀφρύϊ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, πρὸς διόρθωσιν ἑκάστου καὶ σωτηρίαν καὶ τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους μεταλλάττων. οὐ τοίνυν, εἰ μή τις εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα εἶναι νομίζει· οὐδ' αὖ πάλιν, εἰ κόλαξ εἴη, καὶ ἀγεννὴς, τοῦτον μετεωρόφρονα καλέσει, ἀλλὰ τὸν ἐν προσηκούσῃ τάξει τοῖς ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα. μεγαλόψυχον γὰρ εἶναι προσήκει, οὐχ ὑπερήφανον· ἀνδρεῖον, οὐ θρασύν· ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρε-
D πῆ· μετεωρόφρονα, οὐ ταπεινοφροσύνην ὑποκρινόμενον· ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη, ὥσπερ δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Χρυσόστομος λέγει· διὰ τοῦτο ποικίλον εἶναι δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον. ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον, οὐδὲ κόλακα καὶ ὑβριστὴν, ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παρρησίας ἀνάμεστον· εἰδότα καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅταν ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις ἀπαιτῇ τοῦτο· καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. οὐ γὰρ ἑνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι δέον. ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν ἑνὶ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλὸν, μηδὲ κυβερνήταις μίαν ὁδὸν εἰδέναι τῆς πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. ἐννόησον
E οὖν, ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ τὸν μέλλοντα πρὸς χειμῶνα τοσοῦτον ἀνθέξειν, καὶ τοιαύτην ζάλην καὶ τοσαῦτα, πρὸς τὸ γενέσθαι τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, ἵνα πάντας κερδήσῃ. καὶ γὰρ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον, καὶ ἄτυφον, καὶ φοβερὸν, καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχοντικὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ἀδέκαστον, καὶ θεραπευτικὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ἀδούλωτον, καὶ φαιδρὸν, καὶ ἥμερον, ἵνα πρὸς ταῦτα εὐκόλως μάχεσθαι δύνηται. οὐκοῦν δεῖ τὸν ἐνάρετον καὶ ἐχέφρονα

A φθέγγειν τὸ κολακεύειν καὶ κολακεύεσθαι· καὶ μήτε ἀλαζονικὸν εἶναι, μήτε κόλακα· ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τούτων κολάζειν τὴν ἀμετρίαν, καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα. πρὸς μὲν γὰρ χρηστοὺς ταπεινὸν ὑπάρχειν χρή, πρὸς δὲ θρασεῖς ὑψηλόν. ἐπείπερ οἱ μὲν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἐπιείκειαν ἡγοῦνται, οἱ δὲ ἀνδρείαν τὴν θρασύτητα. ἐκείνοις μὲν τὴν ταπεινοφροσύνην δέον προσφέρειν, τούτοις δὲ τὴν ἀνδρείαν σβεννύουσαν αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν· ἵνα τοὺς μὲν ὠφελήσῃ, τῶν δὲ ταπεινώσῃ τὸ φρόνημα.

B Ὅπερ οὖν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος δηλῶν ἔφη τὸ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι. εἰδέναι χρή, ὅτι καὶ ταπεινότητος, καὶ ἐξουσίας, καὶ ἐλέγχου, καὶ παρακλήσεως, καὶ φειδοῦς, καὶ παρρησίας, καὶ χρηστότητος, καὶ ἀποτομίας, καὶ ἁπαξαπλῶς καιρός ἐστι παντὸς πράγματος ἴδιος. ὥστε ποτὲ μὲν τὰ τῆς ταπεινότητος δεικνύειν, καὶ μιμεῖσθαι ἐν ταπεινώσει τὰ παιδία, κατὰ τὴν κυριακὴν φωνήν· ποτὲ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι, ἣν ἔδωκεν ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομήν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῇ τὴν παρρησίαν. καὶ ἐν καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρηστὸν ἐνδείκνυσθαι, ἐν καιρῷ δὲ ἀποτομίας τὸν ζῆλον ἐμφαίνειν, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων ὁμοίως, τὸν ἀκριβῆ καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀποφέρεσθαι. λογισμοὶ γὰρ δικαίων κρίματα.

C Καὶ δὲ καὶ ὁ θεοφόρος Ἰσίδωρος, καὶ τοῦ μακαρίου φοιτητής, ποτὲ λέγει· τὸν ἄρχοντα καὶ ἀγαθὸν εἶναι δεῖ καὶ φοβερόν, ἵν' οἱ μὲν εὖ βιοῦντες θαρρῶσιν, οἱ δὲ ἁμαρτάνοντες δεδοίκωσιν. θατέρου γὰρ θατέρῳ χωρίς, ἀναρχία μᾶλλον ἐστίν, ἢ ἀρχή. εἰ μὲν γὰρ πάντες ἦσαν εὐπειθεῖς καὶ φιλάρετοι, ἀγαθότητος ἔδει μόνης· εἰ δὲ φιλαμαρτήμονες, φόβου. ἐπειδὴ δὲ ἀγαθοὺς καὶ πονηροὺς ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, ἀμφότερα μεταχειριστέον τῷ ἄρχοντι καὶ προϊσταμένῳ· ἵν' ὁ μὲν ἀγαθότης στηρίζῃ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ σώφρονας, ὁ δὲ φόβος προαναστέλλῃ τῶν κακίστων τὰ πταίσματα. ταῦτα τοίνυν, ὡς ἔοικεν, ἀγνοοῦντες, καὶ τὰ τούτων ὅμοια μὴ καλῶς ἐπιστάμενοι D διακρίνειν καὶ συγκρίνειν οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεσπεσίου Ἰωάννου, ἀλόγως καὶ ἀσυνέτως ἐμίσουν αὐτόν, καὶ διέβαλλον, ὡς τραχύν τινα καὶ ὀργίλον.

Διὸ δὴ καὶ κατὰ γυναικῶν ὁ Ἰωάννης ἐπ' ἐκκλησίας λόγον ἐπεδείξατο. ὃν οἱ δυσμενεῖς κατ' Εὐδοξίας εἰρῆσθαι θρυλλήσαντες, ταύτῃ τὸν λόγον εἰσήγαγον. Ἡ δὲ πρὸς Ἀρκάδιον καὶ δεινῶς πεπονθέναι λέγουσα, κατὰ Ἰωάννου τοῦτον παροτρύνει. παρασκευάζει δὲ μετακαλέσαι Θεόφιλον, ὡς πρόδηλον ἐχθρὸν τοῦ Ἰωάννου ὑπάρχοντα. ὃς παραγενόμενος ἐν τῇ Δρυΐ, τῇ νῦν Ῥουφινιαναῖς, τὴν κατὰ Ἰωάννου ἐπιβουλὴν κατειργάσατο. ὅπερ γνοὺς ὁ λαός, στάσιν μεγάλην ἐποίησε, μὴ συγχωρῶν αὐτὸν ἐκβληθῆναι τῆς πόλε- E ως. ἐπικαμφθεῖσα δὲ Εὐδοξία τοῖς ὀδυρμοῖς τοῦ λαοῦ, πέμψασα Βρίσωνα τὸν εὐνοῦχον, ἀπὸ Προνέτου τὸν Ἰωάννην εἰσήγαγεν, ὡς Θεόφιλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φοβηθέντας φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι. ἑξήκοντα δὲ ἐπίσκοποι ἀθροισθέντες συνῆλθον, καὶ ἄκυρα τὰ ἐν τῇ Δρυῒ πραχθέντα ἅπαντα ψηφισάμενοι, Ἰωάννῃ τὴν ἐπισκοπὴν δικαίως ἐκύρωσαν.

Ἐπεὶ δὲ αὖθις συνέβη τὰ κατὰ τὴν ἀργυρᾶν

A bet, ne vel adulari se sinat, vel aliis aduletur: & neque arrogans esse, neque adulator, sed medium intra utrumque vitium servare libertate retenta, ita ut neque ad insolentiam declinet, neque serviles mores admittat. Quippe erga bonos submissum, erga feroces elatum se gerat opus est: cum illi æquitatem pro virtute, hi ferociam pro fortitudine habeant. Ideo illis tractandis adhibenda est animi quædam demissio: his autem fortitudo, quæ eorum feroces spiritus reprimat, quo & illis prosit, & animos horum dejiciat.

Idem Basilius Magnus indicans, Salomonis verbis monet, in omni re suam B esse vel humilitatis, vel elationis, vel objurgationis, vel consolationis, vel indulgentiæ, vel severitatis, vel lenitatis, vel austeritatis, & in summa cujusvis rei suam opportunitatem. Itaque nonnunquam utendum est demissione animi, puerulorumque imitanda humilitas, sicut Dominus monuit: aliquando potestate utendum est quam Dominus concessit, ad ædificandum, non ad demoliendum, cum libertate usus est. Ita & ubi consolationem tempus requiret, benignitas exercenda, & severitatem occasione postulante serium pietatis studium demonstrandum est: similiterque cæteris omnibus re accurate & juste considerata utendum est. Nam cogitationes justorum, judicia sunt.

Eccles. 3.

Matth. 18.

2. Cor. 13.

C Sed & divinus Isidorus, qui aliquando discipulus fuit Chrysostomi: Principem, inquit, & benignum esse oportet, & terribilem: ut qui recte vivunt, rebus fidant: & qui mali sunt, delinquere metuant. Nam si horum alterutrum absit, non imperium est, sed confusio. Si enim omnes obedientes essent, ac virtuti dediti, soli locus fuisset benignitati. si omnes vitiosi, solo terrore opus erat. Quia autem necesse est subditorum alios esse bonos, alios malos: oportet principem utraque re instructum esse, ut & benignitate sua bonos ac modestos confirmet, & a peccando mali deterreantur. Hæc, ut apparet, & horum similia ignorantes, & recte discernere ac inter se comparare ne- D scientes inimici Joannis Chrysostomi, absurde & inepte eum odio habuerunt, ac calumniati sunt tamquam asperum & iracundum.

Isidorus. Edit. Paris. pag. 331.

Oratione in mulieres invectus pro sacra concione fuerat Chrysostomus. Eam æmuli vulgantes esse in Eudoxiam institutam, rem ad ipsam detulerunt: atque ea apud maritum Arcadium questa gravibus se affectam injuriis, eum in Chrysostomum exasperavit: deditque operam ut Theophilus accerseretur, manifestus Chrysostomi hostis. Is cum advenisset, in Quercu, qui locus nunc Ru- 125 finianæ dicitur, contra Joannem insidias comparat. Populus re cognita, ma- E gnum concitavit tumultum, non concedens ut Joannes urbe pelleretur. Cæterum Eudoxia lamentis populi flexa, misso Brisone eunucho Joannem Proneto revocat: qua re territi Theophilus & ejus conspirationis populares, fuga salutem quæsiverunt. LX autem episcopi inventi sunt, qui convenirent, & acta in Quercu rescinderent, Joannique episcopatum justis sententiis adjudicarent.

Chrysostomo periculum creatum.

Novorum inde odiorum atque ira-

rum materiam præbuerunt argentea Eudoxiæ statua, & vinea viduæ. rursusque orationem habuit Chrysostomus, cujus initium, Rursum Herodias furit. Inde qui ab ipsius stabant partibus episcopi, prævidentes fore ut relegaretur, ad eum convenerunt, multoque cum fletu dixerunt: Cogimur Domine, qui Ecclesias obtinemus, participes fieri decreti adversum te, eique subscribere. Respondit Joannes: Estote participes, ne discerpatis Ecclesiam. Subscribere autem nolite: nullius enim mihi rei sum conscius, qua meruerim episcopatu dejici. Discipulos habuit qui episcopi fuerunt, Proclum, & Palladium, & Brisonem, & Theodoretum: qui monachi, Marcum, Nilum, & Isidorum Pelusiotam.

Edit. Paris. pag. 332. Interim Epiphanius Magnus Cypri episcopus Hebdomum venit, ac contra Joannis sententiam cœtus egit, ac suffragia accepit. Cui cum Joannes cedere vellet, hortareturque eum ut ad se in episcopales ædes commigraret: Epiphanius renuit, præoccupatus Theophili calumniis. Proinde Chrysostomus, cum episcopatum annos quinque & bessem gessisset, in Cucusum est relegatus, atque inde post triennium & duos menses Pitiuntem: cumque obiter Comana venisset, mortuus est ibi in magnis calamitatibus annos natus quinquaginta duos. At Papa Romanus Innocentius, Joannis in exilio morte percepta, in hanc sententiam ad Arcadium scripsit, Vox sanguinis fratris mei Joannis contra te Imperator, Deum appellat: quomodo olim Abeli justi sanguis adversus Cainum fratricidam. Dabis autem omnino pœnas, qui injustam adversus Ecclesiam Dei persecutionem molitus es, & contra ejus sacerdotes: expulistique solio episcopatus sui injuste & indicta causa deturbatum, magnum orbis terrarum illuminatorem ac doctorem, unaque cum eo Christum abegisti. Nova autem ista Dalila Eudoxia, quæ te paulatim novacula imposturæ rasit, diris seipsam execrationibus subjecit, atque odio justo & sempiterno. ea fascem peccatorum gestatu difficillimum colligavit, eumque pristinis suis gravibus ac plurimis peccatis superaddidit.

Innocentius Papa.

Magnus autem Isidorus cuidam scribens: Quæris, inquit, tragœdiam beati Chrysostomi? atqui eam verbis explicare non possum * ebrietas enim facti mentem superat. Audi tamen pauca Ægyptiæ ignorationis facinora. Mosen repudiavit, Pharaonem adscivit: humiles flagellat, & labore attritos affligit: urbes extruit, mercede defraudat: atque in hunc usque diem his studiis intenta, Theophilum auri insano amore atque cultu occupatum produxit, quatuor sociis flagitii atque desertionis stipatum, horumque opera vere Deo charum & ejus insignem cognitione virum debellavit: qui arcem suæ duritiei invenit odium ac malevolentiam adversus mihi cognominem. Verum enimvero domus Davidica confirmatur
226 & crescit: Saulis autem infirmatur & pudesit, atque impeditur, ut vides: tametsi homo Dei tempestati ei subductus est, victorque & coronatus cælestem adiit tranquillitatem.

* μέθη, forte μέγεθος, magnitudo.

Epiphanius in Cyprum reversus, cum

A στήλην τῆς Εὐδοξίας, καὶ τὸν τῆς χήρας ἀμπελῶνα, πάλιν μῖσος καὶ πάλιν ὀργὴ, πάλιν ἔχθρα καὶ λόγου ἐπίδειξις, οὗ ἡ ἀρχή. πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται· κἀντεῦθεν οἱ τοῦ μέρους αὐτοῦ ἐπίσκοποι τὴν ἐξορίαν αὐτοῦ μέλλειν ἔσεσθαι βλέποντες, συναθροισθέντες πρὸς αὐτὸν, μετὰ πολλῶν δακρύων ἔλεγον· ἐπάναγκες ἡμῖν ὦ δέσποτα ἐστὶ, τὰς ἐκκλησίας κατέχοντας, ἀναγκασθῆναι καὶ κοινωνῆσαι, καὶ ὑπογράψαι. ὁ δὲ μακάριος πρὸς αὐτούς. κοινωνήσατε μὲν, ἵνα μὴ σχίσητε τὴν ἐκκλησίαν. μὴ ὑπογράψητε δὲ, οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἄξιον καθαιρέσεως. εἶχε δὲ μαθητὰς, ἐπισκόπους μὲν, Πρόκλον καὶ Παλλάδιον καὶ Βρίσωνα καὶ Θεοδώρητον. ἀσκητὰς δὲ, Μάρκον, καὶ Νεῖλον, καὶ Ἰσίδω-
B ρον τὸν Πηλουσιώτην.

Ὁ δὲ μέγας Ἐπιφάνιος Κύπρου, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἐλθὼν, χειροτονίας καὶ συνάξεις παρὰ τὴν Ἰωάννου γνώμην ἐποίησε. καὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦτο συγχωρῆσαι θελήσαντος, καὶ προτρεψαμένου αὐτὸν, συμβιῶναι αὐτῷ εἰς τὸ ἐπισκοπικὸν καταγώγιον, οὐχ εἵλετο τοῦτο ποιῆσαι Ἐπιφάνιος. ταῖς γὰρ ὑπὸ Θεοφίλου διαβολαῖς προκατείληπτο. ὁ γοῦν ἀοίδιμος Ἰωάννης ἐπισκοπεύσας ἔτη πέντε καὶ ἥμισυ, ἐξωρίσθη εἰς Κουκουσόν· κἀκεῖθεν μετὰ ἔτη γ΄. καὶ μῆνας δύο μετενεχθεὶς εἰς Πιτυοῦντα, καὶ γενόμενος κατὰ πάροδον ἐν Κομάνοις, ἐτελεύτησεν, ἐν πολλῇ θλίψει τε καὶ κακώσει, ὑπάρχων ἐτῶν πεντηκονταδύο. Ὁ δέ γε πάπας Ῥώμης Ἰννοκέντιος, ἀκούσας τὴν ἐν ἐξορίᾳ τελευτὴν αὐτοῦ, γράφει πρὸς Ἀρκάδιον τοιάδε· Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰω-
C άννου βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ σοῦ βασιλεῦ, ὡς ποτὲ Ἄβελ τοῦ δικαίου κατὰ τοῦ ἀδελφοκτόνου Κάϊν. καὶ πάντως ἐκδικηθήσεται παντοίῳ τρόπῳ, ὅτι διωγμὸν ἄδικον κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἱερέων αὐτοῦ συνεστήσω, καὶ ἐξέωσας τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης φωστῆρά τε καὶ διδάσκαλον ἐκ τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ, παρανόμως τε καὶ ἀκρίτως συνδιώξας αὐτῷ καὶ τὸν Χριστόν. Ἡ δὲ νέα Δαλιδὰ Εὐδοξία, κατὰ μικρὸν τῷ ξυρῷ τῆς ἀπάτης ξυρήσασά σε, κατάρας ἐπήγαγεν ἑαυτῇ καὶ μῖσος, ἔνδικόν τε καὶ ἀνεξάλειπτον δεσμεύσασα φορτίον ἁμαρτημάτων δυσβάστακτον, καὶ προσθεῖσα τοῖς προτέροις αὐτῆς δεινοῖς καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν.

Ὁ δὲ μέγας Ἰσίδωρος πρός τινα γράφων, οὕτω
D φησίν. ἐρωτᾷς τὴν περὶ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην τραγῳδίαν; ἀλλὰ φράσαι ταύτην ἀπορῶ. Νικᾷ γὰρ τὸν νοῦν ἡ μέθη τοῦ πράγματος. μικρὰ δὲ μάνθανε, ἅπερ ἡ Αἴγυπτος ἠγνόησε, Μωσέα μὲν παραιτουμένη, τὸν δὲ Φαραὼ οἰκειουμένη· τοὺς ταπεινοὺς μαστίζουσα, καὶ τοὺς κοπιωμένους θλίβουσα· πόλεις οἰκοδομοῦσα, καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποστεροῦσα. καὶ μέχρι νῦν τούτοις ἐμμελετῶσα, τὸν χρυσομανῆ καὶ χρυσολάτρην προβαλλομένη Θεόφιλον, τέσσαρσι συνεργοῖς, καὶ συναποστάταις ὀχυρωθέντα, τὸν ὄντως θεοφιλῆ καὶ θεολόγον κατεπολέμησεν ἄνθρωπον, τὴν περὶ τὸν ἐμὸν ὁμώνυμον ἀπέχθειαν καὶ δυσμένειαν ὁρμητήριον τῆς οἰκείας εὑρηκότα σκληρότητος. ἀλλ᾽ ὁ μὲν οἶ-
E κος Δαβὶδ κραταιοῦται καὶ πορεύεται, ὁ δὲ οἶκος Σαοὺλ ἀσθενεῖ καὶ καταισχύνεται, καὶ συμποδίζεται, καθὼς ὁρᾷς. εἰ καὶ τῆς ζάλης ὑπεξῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, στεφανίτης καὶ νικηφόρος, καὶ πρὸς τὴν ἄνω γαλήνην μετεχώρησεν.

Ὑποστρέφοντος δὲ Ἐπιφανίου ἐν Κύπρῳ, καὶ

τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν παρὰ Θεοῦ μεμαθηκότος πλησιάζουσαν, λέγεται εἰρηκέναι τοῖς αὐτὸν παραπέμπουσι· σπεύδω ἐγὼ, σπεύδω. ἀφίημι δὲ ὑμῖν τὰ βασίλεια, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν ὑπόκρισιν. ἔτι γε καὶ Ἰωάννου τὴν ἐν ἐξορίᾳ τελευτὴν καὶ νίκην ἐδήλωσε· καὶ Ἰωάννης ὁμοίως Ἐπιφανίῳ τὴν ἐν τῷ πλοίῳ κοίμησιν· ἐκ θείας ἐπιπνοίας ταῦτα προμηνυθέντες οἱ μακάριοι, ἵνα μή τις ἔχθραν ἔχειν αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων ὑποτοπάσειεν. οὐ γὰρ ἂν οἱ τοιοῦτοι θεηγόροι καὶ θεοφιλεῖς ἄνθρωποι καὶ διδάσκαλοι, καὶ τοῦ εἰρηνοποιοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ γνήσιοι, τοῦ φάσκοντος, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι μαθηταί μου ἐστὲ, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε μετ' ἀλλήλων, ἔχθραν καὶ κακίαν ἔχοντες ἐτελεύτησαν· ἄπαγε· εἰ γὰρ καὶ μικρόν σκάνδαλον τὸ προῤῥηθὲν γέγονε μεταξὺ, τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἐλέγχον πρὸς ὀλίγον, ἀλλ' οὖν γε θᾶττον εἰς τὴν κορυφὴν τῶν ἀρετῶν ἔχθησαν τὴν ἀγάπην. περὶ ἧς λέγει Παῦλος ὁ Ἀπόστολος· ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν· καὶ ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει.

Μετὰ δὲ τὴν Ἰωάννου τελευτὴν, ἐπίσκοπός τις ἅγιος, Ἀδελφιὸς ὄνομα αὐτῷ, ἔλεγεν· ὅτι λύπην εἶχον ἄφορητον, διότι ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ὁ τοῖς λόγοις εὐφράνας τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἔξω τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἐκοιμήθη. ἐδεόμην οὖν τοῦ Θεοῦ μετὰ πολλῶν δακρύων, ἵνα δείξῃ μοι αὐτὸν, ἐν ποίᾳ καταστάσει ἐστὶ, καὶ εἰ μετὰ τῶν πατριαρχῶν ἐτάγη. ἐπὶ πολλὺν οὖν χρόνον τοῦτο εὐχόμενος, ἐν μιᾷ γίνομαι ἐν ἐκστάσει· καὶ θεωρῶ ἄνδρα τινὰ πάνυ εὐειδῆ, κρατήσαντά με τῆς δεξιᾶς χειρός. ὃς ἀπαγαγών με εἰς τόπον λαμπρὸν καὶ ὑπερένδοξον, ἐδείκνυέ μοι τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους. ἐγὼ δὲ (φησι) περιεσκόπουν ἰδεῖν ὃν κατεθυμίως εἶχον, τὸν μέγαν Ἰωάννην, τὸν ἐμὸν ἀγαπητόν. ὡς οὖν ἔδειξέ μοι πάντας, καὶ ἑκάστου τὸ ὄνομα εἶπε, κρατήσας με πάλιν τῆς χειρὸς, ἐξήγαγέ με ἔξω. ἐγὼ δὲ λελυπημένος, ἠκολούθουν αὐτῷ, μὴ ἑωρακὼς μετὰ τῶν πατέρων τὸν ἐν ἁγίοις Ἰωάννην. ὡς οὖν ἐξηρχόμην, ὁ ἑστὼς τῇ θύρᾳ ἐπισχών με, λέγει μοι· οὐδεὶς εἰσερχόμενος ὧδε, λυπούμενος ἔνθεν ἐξέρχεται. τότε λέγω αὐτῷ· αὕτη μοί ἐστι λύπη, ὅτι τὸν προσφιλέστατόν μοι Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως οὐχ ἑώρακα μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων· ὁ δὲ πάλιν λέγει μοι· Ἰωάννην τὸν τῆς μετανοίας λέγεις; λέγω αὐτῷ, ναί. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, λέγει μοι· ἄνθρωπος ἐκεῖνον ἐν σαρκὶ ὢν ἰδεῖν οὐ δύναται. ἐκεῖ γὰρ παρίσταται, ὅπου ὁ θρόνος ὁ δεσποτικός ἐστιν. οὕτως ὁ τρισμακάριστος Ἰωάννης μετὰ μυρίους κόπους καὶ πόνους τὸν βίον ἀνύσας, πρὸς τὴν οὐράνιον μετέστη μακαριότητα, ζήσας ἔτη νβ. τὰ πάντα. ἐν δὲ τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἐνέπρησεν. ὡς δὲ ἄλλοι φασὶν, ὅτι πῦρ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, πάντα κατέκαυσε. καὶ πολλοὶ ὑπὲρ Ἰωάννου ἐκινδύνευσαν. διαδέχεται δὲ τὸν Χρυσόστομον Ἀρσάκιος.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει τελευτᾷ καὶ ἡ Εὐδοξία, ἥτις συνήφθη πρὸς γάμον τῷ βασιλεῖ Ἀρκαδίῳ, καὶ πολ-

a Deo esset monitus, sibi finem vitæ instare, fertur iis qui ipsum comitati fuerant dixisse: Festino ego, festino. relinquo autem vobis imperium, & urbem, & fabulæ actionem. Simul etiam iis Joannis in exilio victoriosam mortem exposuit: & similiter Joannes Epiphanio in navi finem vitæ indicavit: divino afflatu beati de iis præmoniti, ne quis eos inimicitiam inter se exercuisse putaret. Absit enim ut Dei præcones atque cultores isti, atque populi doctores, pacificique Servatoris discipuli genuini, qui dixerat (Hoc indicio universi intelligent vos esse meos discipulos, si invicem dilexeritis) odium aut malevolentiam usque ad finem vitæ conservaverint. Nam tametsi exigua quædam iis offensa intervenit, humanæ imbecillitatis argumentum, tamen mox ad charitatem, virtutum fastigium sese receperunt, de qua apostolus Paulus dicit: (Charitas ad iram tarda est, benigna est, non irritatur, non reputat malum.) Item: (Deus est charitas, qui in charitate permanet, is in Deo permanet.)

Edit. Paris. pag. 333.

Epiphanius & Chrysostomus in gratiam repositi.

Joann. 13.

1. Cor. 13.

1. Joan. 4.

A Ἀθηνᾶς ἐξ ἄλλης ὕλης, ἣν Ἄμασις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς τῷ σοφῷ Κλεοβούλῳ ἀπέστειλε· καὶ ἄλλα μυρία. ἐπέδραμε δὲ τὸ πῦρ καὶ μέχρι τοῦ καλουμένου φόρου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἐκ τούτων μισεῖσθαι τὸν Βασιλίσκον συνέβη παρὰ πάσης τῆς πόλεως, ἐμπρησμὸν ἀποκαλούντων αὐτὸν, καὶ τῆς βασιλείας ἀφανισμόν. ὁ γὰρ Βασιλίσκος τὸ θηρίον, καὶ ὁ ἐμπρησμὸς, ἰσόψηφα τυγχάνουσι. γράφει τοίνυν ἡ σύγκλητος πρὸς Ζήνωνα, καὶ προσλαβὼν ἐκεῖνος Ἴλλόν τε καὶ τοὺς Ἰσαύρους καὶ Λυκάονας, καὶ ἄλλως ὅσοι πρὸς τὰς καινοτομίας ἐπτόηνται, ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον μετὰ χειρὸς βασιλικῆς, καὶ πάλιν τῆς τυραννίδος ἐπιλαμβάνεται (οὐ γὰρ λέγω βασιλείας) καὶ τὸν Βασιλίσκον ἐξαγαγὼν τῆς

B ἐκκλησίας ᾗ πρὸ τούτου προσπέφευγε, μετὰ μυρίων ὅρκων φρικωδεστάτων ἐξορίζει ἐν Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας. ἀποκλείσας δὲ εἰς ἕνα πύργον σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις, λιμῷ διαφθείρει. Τιμόθεόν τε τὸν Αἴλουρον ἀνεκαλέσατο, καὶ Πέτρον τὸν Κναφέα κρυπτόμενον ἐν τῇ μονῇ τῶν ἀκοιμήτων, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐχθροὶ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐπαρρησιάζοντο κατὰ τῆς ἀληθείας. ὁ δὲ Αἴλουρος συναγαγὼν ἅπαντας Ἀλεξανδρεῖς, ἐνδημοῦντας τῷ Βυζαντίῳ, ἐκ τοῦ Παλατίου πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἦλθεν ἐποχούμενος ὄνον, καὶ τὴν Ὀκτάγωνον καταλαβὼν, πτωθεὶς συνέτριψε τὸν πόδα, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀνέστρεψε. τοῦτον ὁ Βασιλίσκος ἔτι ὢν, μετὰ τύπων εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τῆς συνόδου ἐξέπεμψεν. ὃν ἰδόντες εἰσερχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οἱ σπουδαῖοι, ἠρώτων·

C Ἐψώμισας τοὺς ἐχθρούς σου, Πάπα; ὁ δὲ, ναὶ οὕτως ἐψώμισα, ἀπεκρίθη. καὶ Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἀμφοτέρους κατὰ τῆς ἀληθείας ἀπέστειλεν ἐνισχύσας. ὁ δὲ Σαλοφακίολος Τιμόθεος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, τοῦτο ἀκούσας, ὑπεχώρησεν ἐν τοῖς μοναστηρίοις τοῦ Κανώπου, ὧν ἐγεγόνει καὶ τῆς ἀσκήσεως. Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς καταλαβὼν τὸν θρόνον, εἰς ἀναθέματα καὶ ταραχὰς ἐξώκειλεν. ὅθεν φόνοι καὶ ταραχαὶ διὰ τὴν προσθήκην τοῦ τρισαγίου γεγόνασιν· αὐτὸς γὰρ προσέθηκε τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Βασιλίσκος δὲ τύπῳ γενικῷ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐξέβαλεν, Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως κελεύσας τὸ αὐτὸ ποιεῖν. ἀλλ' ἡ πόλις ἅπασα σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατὰ Βασιλίσ-

D κου ἐλθόντες, τοῦτον ἐκώλυσαν. Ἀκάκιος δὲ μελανειμονήσας, τὸν θρόνον καὶ τὸ θυσιαστήριον κατέλιπε. καὶ Δανιὴλ δὲ ὁ μέγας, δι' ἔνθεον ζῆλον ἀποβὰς τοῦ στύλου, Ἀκακίῳ τε καὶ τῷ λαῷ συνεκκλησίαζε.

Τῷ τρίτῳ ἔτει, Πέτρον τὸν Κναφέα, διὰ τὸ συνδραμεῖν Βασιλίσκῳ, ψήφῳ τῆς ἀνατολικῆς συνόδου καθαιρεῖ Ζήνων, καὶ εἰς Πιτυοῦντα ἐξορίζει. ὁ δὲ λαθὼν προσφεύγει τῷ ἁγίῳ Θεοδώρῳ ἐν Εὐχαΐταις. Τιμόθεος δὲ ὁ Αἴλουρος ἐν τούτοις θνήσκει. ἀντ' αὐτοῦ δὲ Πέτρος ὁ Μογγὸς εἰσάγεται, ἀνὴρ κακοῦργος, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ὡς προκαθῃρημένος ἤδη, χειροτονεῖται ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου καὶ τούτου καθῃρημένου. τοῦτον κατὰ Θεοῦ ζῆλον ἐπελθόντες οἱ μοναχοὶ, λϛʹ. μόνας ἡμέρας λῃστρι-

E κῶς κρατήσαντι, τῆς ἐπισκοπῆς ἀπελαύνουσι, καὶ Τιμόθεον πάλιν τὸν Σαλοφακίολον ἀποκαθιστῶσιν ἀξίως τῷ θρόνῳ.

Τῷ δʹ. ἔτει ἐγένετο σεισμὸς φοβερὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κεʹ. καὶ ἔπεσον ἐκκλησίαι πολλαὶ, καὶ οἰκίαι, καὶ ἔμβολοι ἕως ἐδάφους, κατεχώσθη δὲ πλῆθος ἀνθρώπων ἀναρίθμητον,

ἔπεσε δὲ καὶ ἡ σφαῖρα τοῦ ἀνδριάντος τοῦ φόρου, καὶ ἡ στήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἡ εἰς τὸν κίονα τοῦ Ταύρου, καὶ τοῦ ἔσω τείχους περὶ διάστημα ἱκανόν. καὶ ἐκράτει ὁ σεισμὸς χρόνον πολὺν, ὥστε τὴν πόλιν ἐποζέσαι. τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον κερασέας ἱστάμενον, ἔχον ἐπὶ τοῦ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ἰδιόγραφον αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα. ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν, ἀλλ' ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν. τὸ δὲ τοιοῦτον Εὐαγγέλιον Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ Παλατίῳ, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ.

Τῷ ιβʹ. ἔτει, Φίλιξ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου σύνοδον ποιήσας, δύο ἐπισκόπους καὶ ἔκδικον ἔπεμψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει γράψας Ζήνωνι καὶ Ἀκακίῳ, ἐκβαλεῖν Πέτρον τὸν Μογγὸν, ὡς αἱρετικὸν, τῆς Ἀλεξανδρείας.

Τῷ ιγʹ. ἔτει, τῶν ἀπὸ Ῥώμης κρατηθέντων ἐν Ἀβύδῳ γνώμῃ Ζήνωνος καὶ Ἀκακίου, καὶ τῶν γραμμάτων ἀφαιρεθέντων, καὶ ἐν φρουρᾷ βληθέντων, ἠπείλησε Ζήνων τούτους ἀνελεῖν, εἰ μὴ κοινωνήσουσιν Ἀκακίῳ καὶ Πέτρῳ τῷ Μογγῷ.

Τῷ ιεʹ. ἔτει Ζήνων, τῇ βουλῇ Ἀκακίου, τοὺς κατὰ τὴν ἑῴαν ἐπισκόπους ἐβιάζετο ὑπογράψαι τῷ ἑνωτικῷ, ὅπερ αὐτὸς Ἀκάκιος ἐποίησεν ἐξ ἰδίας καρδίας συντάξας, καὶ κοινωνῆσαι Πέτρῳ τῷ Μογγῷ. τοὺς δὲ τῆς Ῥώμης ἀποκρισιαρίους παρέπεισε χρήμασι, κοινωνῆσαι Ἀκακίῳ, παρὰ τὰ ἐνταλθέντα αὐτοῖς. τοῦτο μαθὼν ὁ Φίλιξ, καθῄρει τούτους, γράψας καὶ Ἀκακίῳ καθαίρεσιν· ἥνπερ δεξάμενος Ἀκάκιος, ἀναισθήτως περὶ αὐτὴν εἶχε, καὶ τὸ ὄνομα Φίλικος ἐξῆρε τῶν διπτύχων.

Τῷ ιϛʹ. ἔτει, Πέτρος ὁ Μογγὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπέθανε, καὶ Ἀθανάσιος ἀντ' αὐτοῦ ἐχειροτονήθη, ὁ ἐπίκλην Κελήτης. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων, ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχείας Καλανδίωνα καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν, Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησεν ἐν αὐτῇ. ὃς ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν, πολλὰ κακὰ ἐποίησεν, ἀναθεματισμούς τε πάλιν τῆς συνόδου, καὶ ἐκβολὰς ἐπισκόπων ἀνεπιλήπτων, ἀντεισαγωγάς τε καὶ χειροτονίας ἀθέσμους, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. πρότερον δὲ προσέθηκε τῷ τρισαγίῳ, Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ὕστερον δὲ ἐλθὼν, περιεῖλε τὸ Χριστὲ βασιλεῦ. Ξεναΐας δὲ ὁ δοῦλος τοῦ σατανᾶ, τὴν δεσποτικὴν εἰκόνα καὶ τῶν ἁγίων ἐδίδασκε μὴ δέχεσθαι. Πέρσης γὰρ ἦν τῷ γένει, δοῦλος δὲ τὴν τύχην. ἀποφυγὼν δὲ τοῦ ἰδίου δεσπότου ἐπὶ Καλανδίωνος, τὰς περὶ Ἀντιόχειαν κώμας ἀνίστα ἀπὸ τῆς πίστεως. ἀβάπτιστος δὲ ὢν, κληρικὸν ἑαυτὸν εἶναι ἔλεγε. τοῦτον Καλανδίων ἀπήλασε. Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς ἐπίσκοπον Ἱεραπόλεως χειροτονήσας, μετωνόμασε Φιλόξενον. μαθὼν δὲ ὕστερον ἀβάπτιστον εἶναι, ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν χειροτονίαν ἀντὶ βαπτίσματος ἔφησεν. Εὐθύμιος δὲ ὁ ὀρθοδοξότατος, Ἀναστάσιον τὸν Σιλεντιάριον, τὸν κακῶς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα τῆς ἐκκλησίας, ἐδίωκεν ὡς αἱρετικὸν, καὶ ὁμόφρονα Εὐτυχοῦς.

Τῷ ιζʹ. ἔτει Ζήνων ἤρετο Μαριανὸν τὸν σοφώτατον κόμητα (ἦν γὰρ μυστικά τινα εἰδὼς, ἃ καὶ προέλεγεν αὐτῷ), φησὶ γὰρ, τίς μετ' ἐμὲ βασιλεύσει; ὁ δὲ εἰ-

tudo. Cecidit etiam globus columnæ fori, & statua Theodosii Magoi, quæ columnæ Tauti imposita erat, murique interioris satis longa pars. Duravit diu ille terræmotus, adeo ut fœtor quoque urbem occuparit. Ea tempestate reliquiæ beati apostoli Barnabæ inventæ sunt in Cypro. Jacebat cadaver id sub arbore ceraso: Evangelium quod S. Matthæus composuerat, in pectore gestans, manu Barnabæ descriptum. Ea occasione Cyprus metropolis facta est, ut jam non amplius sub Antiochea censeretur, sed soli Constantinopoli iubesset. Id Evangelium Zeno reposuit in Palatio, in æde S. Stephaoi in Daphna. *Edit. Paris. pag. 353.*

Anno duodecimo, Felix Concilio in æde Petri & Pauli apostolorum habito, duos episcopos & * executorem Constantinopolin mittit, Zenonem & Acacium per litteras jubens Mongum, utpote hæreticum, Alexandrea exigere.

* defensorem.

Anno XIII. Zenonis & Acacii jussu Romaoi legati Abydi sunt comprehensi, litteræ interceptæ, ipsi in custodiam dati: minatusque eis Zeno mortem est, nisi cum Mongo & Acacio communionem inirent.

Anno XV. Acacii suasu Zeno orientales episcopos coegit subscribere Henotico (id scriptum, sic a concordia instituenda dictum, Acacius ex animi sui sententia condiderat) & communicare cum Petro Mongo. Pecunia quoque data Roma missos legatos eo perduxit, ut contra mandata sua cum Acacio communicarent. Felix ubi rem competit, iis suam ademit dignitatem, Acacium quoque per litteras ad eum scriptas ordine dejiciens. quas acceptas Acacius pro nihilo habuit, Felicisque nomen ex albo sustulit.

Anno XVI. Petrus ille Mongus Alexandreæ moritur, eique Athanasius cognomento Celetes subrogatur. Zeno autem a tyrannis otium adeptus, Antiochena ecclesia exturbat Calandionem, inque Oasin relegat, episcopatum Petro Cnapheo reddit. Is Antiocheam reversus, multa mala facinora fecit, damnationibus Concilii novis, ejectionibus inculpatorum episcoporum, substitutionibus & delectibus illegitimis, aliisque id genus. nam jam ante adjecerat sanctissimo hymno: Christe rex, crucifixe pro nobis. Post reditum autem abstulit hæc: Christe rex. Et Xenajas quidam satanæ servus docebat, non esse recipiendas Christi & sanctorum imagines. Erat natione Persa, conditione servus. Hic cum sub Calandione profugisset a suo domino, pagos qui sunt circa Antiocheam a fide avocabat: cumque nondum esset baptizatus, tamen clericum se esse dicebat. Hunc Calandio profligaverat: sed Cnapheus Hierapolitano episcopatui præfecit, ac Philoxenum nominavit. cumque postea intellexisset, eum non esse baptizatum, sufficere ei designationem loco baptismatis affirmavit. Ceterum Euthymius, qui de religione rectissimam tuebatur sententiam, Anastasium Silentiarium, qui postea temporis imperium male gessit, ecclesia ejecit, ut hæreticum, & Eutychi consentientem. *Xenajas.* *pag. 354.*

Anno decimoseptimo Zeno Marianum, sapientissimum Comitem, & qui arcana quædam præsciret, ac Imperatori indicaret, interrogavit, Quisnam sibi

in imperio esset successurus? Respondit ille: Imperium & uxorem tuam accipiet quidam de Silentiariis, me autem injuste occidet. Horum utrumque suo tempore exitus comprobavit. Eodem anno Petrus Cnapheus vita decedit, inque ejus locum episcopus Antiocheæ creatur Palladius, presbyter templi sanctæ martyrum principis Theclæ, quod erat Seleuciæ. Suffragatores habuit Joannem Constantinopolitanum, & Anastasium, cujus modo meminimus.

Zenonis flagitia, & interitus.

Enimvero elatus fastu Zeno, aut (ut rectius loquar) atræ potius bilis morbo & furiis actus, ad bonorum publicationes, & injustas cædes animum adjecit. nam proximo cuique crimen intentabat, eumque qua jure qua injuria de medio tollebat. Miseranda præ cæteris atque in primis inhumana cædes fuit Illi magistri, qui & vitam ejus servarat, & eum ad imperium evexerat. Interfecit etiam Pelagium patricium, virum præclarum, & carminis scriptione insignem, quod is pro sua prudentia & justitia libertatem dicendi sibi sumens, Zenonis nefaria facinora palam incessebat. Moriturus, manibus in cælum intentis Deum omnium rerum gubernatorem sic est precatus: O justissime Deus, mihi quidem injusta nex infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repressi, & quod fatuum ejus fratrem nolui Cæsarem designari. Tu autem Domine omnipotens, qui justitiæ rationem habes, quamprimum scelerata eorum homicidia punito. Extat historia ab eo scripta versibus, ab Augusto Cæsare orsa. Homerocentra etiam composuit, aliaque plurima laude digna. Zeno autem Zosimam præterea interfecit, rhetorem Gazæum: & Arcadium præfectum, aliosque illustres viros. Neque vero tot cædibus ac sceleribus non imposuit pœnas divina vindicta: sed eum vehementibus atque incognitis doloribus toto corpore excruciatum, violenta morte sustulit. Fertur fama, ei a quadam divina potestate ita fuisse caput abscissum, ut ea res conspectum hominum fugeret, solaque cute caput cum cervicibus jungeretur. Itaque uxorem & cubicularios propriæ saluti consulenter, mortuum in assere jacentem reliquisse: diluculo tandem, quemdam nulla eum necessitudine attingentium, sindonem cadaveri injecisse. Satellites porro qui ad sepulcrum, quo repositus fuit, custodiendum erant collocati, retulerunt, se per duas noctes lamentabilem vocem audivisse, ex sepulcro elatam: Misereminì, & aperite mihi. Cum dicerent, alium jam imperare: Nihil (inquit) curo, in monasterium me abducite. Sed cum illi non aperirent, ferunt aliquanto post monimentum fuisse reclusum, inventumque in eo Zenonem: qui præ fame suos ipse lacertos mandere: & caligas, quas gestabat * quia crebro comitiali corripiebatur morbo, & ipso adhuc vivente Arisdna Zenonem amabat. itaque ea mandaverat custodibus regii sepulcri, ne aperirent.

Edit. Paris. pag. 355.

Eodem tempore Perozes Persarum rex, cum denuo expeditionem adversus albos Hunnos, qui vocantur Nephtalitæ, suscepisset, cum toto exercitu periit. Nam
140 Hunni cum profundam fossam egissent, eamque calamis constravissent, superne

Peroses Persa ab Hunnis victus.

A τι, ὅτι καὶ τὴν βασιλείαν σου καὶ τὴν γυναῖκά σου διαδέξεταί τις ἀπὸ Σιλεντιαρίων, ἐμὲ δὲ ἀδίκως ἀποκτενεῖς. καὶ ἀμφότερα ἐν καιροῖς τοῖς ἰδίοις γεγόνασι. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ Πέτρος ὁ Κναφεὺς τέθνηκε, καὶ ἀντ' αὐτοῦ Παλλάδιος, πρεσβύτερος τῆς ἐν Σελευκείᾳ ἐκκλησίας τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης, προεβλήθη ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. συνεψηφίσθη δὲ τούτῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Κωνσταντίνου, καὶ Ἀναστάσιος ὁ κακῶς βασιλεύσας Σιλεντιάριος.

Ὁ μέντοι Ζήνων ἐπαρθεὶς ὑψηλοφροσύνῃ, πρὸς δημεύσεις καὶ φόνους ἀδίκους χωρεῖ, καὶ πάντα ἄνθρωπον αἰτιώμενος, ἐκ τῆς οἱασοῦν αἰτίας ἀνῄρει. τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ὑπὸ μελαγχολίας καὶ δαιμονίῳ κρατούμενος, ἀνεῖλεν οἰκτρῶς καὶ ἀπανθρώπως Ἴλλον τὸν μάγιστρον, δι' ὃν καὶ τὴν ζωὴν σχεδὸν εἶχε, καὶ τῆς βασιλείας ἐκράτησεν.
B ἀναιρεῖ δὲ καὶ τὸν θαυμαστὸν, καὶ περὶ ποίησιν ἐπῶν ἀξιόλογον ἄνδρα Πελάγιον τὸν πατρίκιον, ἐλευθεροστομεῖν εἰδότα, ὡς φρόνιμον καὶ δίκαιον, καὶ φανερῶς ἐλέγχοντα τὰς ἀθεμίτους Ζήνωνος πράξεις. ὃς ἐν τῷ μέλλειν ἀδίκως τελευτᾶν, τοιάσδε φωνὰς ἠφίει πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀναπετάσας· ὦ Θεὲ δικαιότατε, ἐμοὶ μὲν ἐπάγεται βίαιος θάνατος, διότι τὰς πολλὰς βίας Ζήνωνος ἐλευθεροστομῶν ἀνέστελλον· καὶ ὅτι τὸν ἠλίθιον ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὐ συνεχώρουν βασιλέα γενέσθαι. Σὺ δὲ, Δέσποτα παντοδύναμε, ᾧ μέλει τὰ τοῦ δικαίου, θᾶττον αὐτοῖς τῆς μιαιφονίας ἀπαιτήσεις τὰς εὐθύνας.
C τούτου φέρεται ἱστορία δι' ἐπῶν γεγραμμένη ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος. τοῦτο ποίημα καὶ τὰ καλούμενα Ὁμηρόκεντρα, καὶ ἄλλα μυρία θαύματος ἄξια. τὰ ὅμοια δὲ πέπονθε καὶ Ζώσιμος ὁ Γαζαῖος ῥήτωρ, καὶ Ἀρκάδιος ὁ ἔπαρχος, καὶ ἄλλοι τῶν ἐπισήμων. Τοιούτου γὰρ καὶ τοσούτου γεγονότος τοῦ Ζήνωνος ἔν τε φόνοις καὶ ἀθεμίτοις πράξεσιν, οὐκ ἠμέλησε τὸ θεῖον εἰς τὴν τούτου ἀναίρεσιν· ἀλλὰ σφοδραῖς καὶ ἀσυγγνώστοις ὀδύναις πᾶν τὸ σῶμα περιβαλὸν, βιαίως τοῦ ζῆν ἀπεστέρησε, λόγος δὲ ἐφέρετο, ὅτι ἐκεῖνος θείας δυνάμεως ἐκαρατομήθη ἀοράτως, μόνης τῆς δέρεως τῷ τραχήλῳ συνημμένης. τῆς οὖν γαμετῆς αὐτοῦ καὶ τῶν θαλαμηπόλων τῆς οἰκείας ἀσφαλείας προνοουμένων, εἴασαν τὸν νεκρὸν ἀσήμαντον γυμνὸν ἐπὶ
D σανίδος, καὶ μόλις ἀμφὶ τὸν ὄρθρον τῶν οὐ προσηκόντων τίς ἔρριψεν αὐτῷ σινδόνα. μετὰ δὲ τὸ κατατεθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ τάφῳ, ἔφασαν οἱ σωματοφύλακες οἱ ἐν τῷ τάφῳ τεταγμένοι, γοερὰν φωνὴν ἐπὶ δύο νύκτας ἀποδίδοσθαι ἐκ τοῦ μνήματος αὐτοῦ· Ἐλεήσατε, ἐλεήσατε, καὶ ἀνοίξατέ μοι. τῶν δὲ εἰπόντων, ὅτι ἄλλος βασιλεύει· ἔφη, οὐδέν μοι μέλει, εἰς μοναστήριον ἀπαγάγετέ με. τῶν δὲ μὴ ἀνοιξάντων, λέγεται μετά τινα χρόνον τὸ μνημεῖον ἀνοιχθῆναι, καὶ εὑρεθῆναι αὐτὸν ὑπὸ πείνης φαγόντα τοὺς βραχίονας αὐτοῦ. καὶ τὰ καλίγια ἃ ἐφόρει διὰ τὸ συχνῶς τῷ κατόχῳ νοσήματι κρατεῖσθαι, καὶ προφιλιωθῆναι ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὴν Ἀριάδνην τῷ Ἀναστασίῳ, ὅθεν καὶ οἱ φύλακες τῶν βασιλικῶν μνημάτων
E τῇ παραγγελίᾳ αὐτῆς, πρὸς τὸ μὴ ἀνοιγῆναι τὸν Ζήνωνα ἐνυπάθησαν ἔκτοτε.

Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χρόνοις, Περόζης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς πάλιν ἐπιστρατεύσας ἐπὶ τοὺς λευκοὺς Οὔννους, τοὺς Νεφθαλίτας, ἀπώλετο πανστρατί. ὀρύξαντες γὰρ τάφρον βαθεῖαν, καὶ καλάμους ἐπιθέντες, καὶ γῆν ἐπιχώσαντες, ἔμειναν ἔνδον. ὀλίγους δὲ ὑποστῆσαι

τούτους

τόποις ἀφέντες, καὶ αὖθις εἰς φυγὴν τραπέντες, καὶ ἐπί τινα διαβάντες, ἃ σφίσι γνώριμα ὑπῆρχον. οἱ δὲ Πέρσαι μηδὲν δεινὸν ὑποπτεύσαντες, ἀκρατῶς τούτους ἐδίωκον. καὶ πάντες ἅμα σὺν τῷ Περόζῃ καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶν εἰς τὸ βάραθρον συμπεσόντες, ἀπώλοντο. ὁ δὲ Περόζης αἰσθόμενος τοῦ δεινοῦ, τὸν μάργαρον ὃν εἶχε λευκότατον καὶ μέγαν, εἰς ὑπερβολὴν ὑπέρτιμον, ἐξ ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ ἀφελόμενος ἔρριψεν, ἵνα μή τις ὄπισθεν αὐτὸν τοῦτον φοροίη, ἢ γνώριμος γένηται ὡς βασιλεύς· ἐπεὶ ἀξιοθέατος ὑπερφυῶς ἦν. καὶ οὕτω Περόζης διεφθάρη σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ. Ἦρξαν δὲ Περσῶν οἱ βάρβαροι χρόνους δύο εἰς φόρου ἀπαγωγήν. καὶ πάλιν οἱ ὑπολειφθέντες Καβάδην, τὸν τούτου υἱὸν εἶχον βασιλέα.

Περὶ δὲ τοῦ μαργαρίτου, πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ εὑρέθη, τοιαύτην εὕρομεν ἱστορίαν. ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ τῷ πρὸς Βορρᾶν κειμένῳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τρέφονται μαργαρῖται ὑπὸ κτενῶν, ὥς τινες Ζάμβακας ὀνομάζουσι. τούτων τῶν κτενῶν εὑρέθη τρέφων ἐν ἑαυτῷ κτεὶς μαργαρίτην ὑπερφυῆ καὶ λαμπρότατον. αὐξηθέντος δὲ τούτου, παρὰ τὸ μέτρον γεγονότος, αὐγάς τε δίκην ἀστραπῆς ἀκτινοβολοῦντος, καὶ διαπέμποντος, ἠράσθη κύων θαλάττιος τῆς αὐγῆς τοῦ μαργαρίτου, καὶ τῆς αὐτοῦ ὡραιότητος οὐκ ἀφίστατο, ἀλλ' ὅπη δ' ἂν ἦγε τὸ ῥεῦμα τὸ ἔλυτρον τοῦ κτενὸς ἐκεῖ καὶ τὸν κύνα δαίμων τις ἀλιτήριος ἐξεβάκχευεν. ἁλιεὺς δέ τις τὸ ξένον τοῦτο θεασάμενος τέρας, ἐδοκίμασε διά τινος μηχανῆς ἀποσυλῆσαι τὸν κτένα· ἀλλ' ὁ κύων οὐκ ἐνεδίδου. ἁρπάζων γὰρ αὐτὸν, ἐπὶ τὸ βάθος ἀνῆγε. κατεμήνυσε τοιγαροῦν ὁ ἁλιεὺς τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν τὸ τοῦ μαργάρου κάλλος. ὁ δὲ δίδωσιν αὐτῷ ἄνδρας τοὺς ἐπὶ τὴν ἄγραν τοῦ μαργάρου συμπράξοντας. ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καί τινας ἡμέρας ἐγκαρτερήσαντες, ἔτυχε τὸν κύνα μικρὸν ὑποχωρῆσαι. εὐθὺς οὖν ὁ ἁλιεὺς δισκεύσας αὑτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ καταδὺς ἐν τῷ βάθει, ἐδράξατο τοῦ κτενὸς, καὶ τὸν μαργαρίτην ἀνήγαγε. καὶ εὐθέως ἀναδραμὼν, ὕψωσε τὴν χεῖρα, καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἡρπάγη ὁ μάργαρος. πρὶν δὲ φθάσαι εἰσελθεῖν αὐτὸν ἐν τῷ λέμβῳ, φθάσας ὁ κύων διέσπασε, καὶ κατεβρόχθισε τὸν ταλαίπωρον. ὁ δὲ μάργαρος ἀπεκομίσθη τῷ βασιλεῖ. ὃς καὶ ἡσθεὶς τῷ τούτου θεάματι, τοὺς παῖδας τοῦ ἁλιέως μεγάλαις ἠμείψατο δωρεαῖς. τοῦτον τὸν μαργαρίτην βουληθεὶς ὠνήσασθαι Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας, χρυσίου λίτρας ἑκατὸν ἀπέστειλε πρὸς τοὺς βαρβάρους. ἀλλ' οὗτοι οὐκ ἀπέδοντο, μνημόσυνον τῆς Περσικῆς ἀπονοίας τοῦτον φυλάττοντες.

Καβάδης δὲ ὁ τοῦ Περόζου ὕστατος υἱὸς, τῆς βασιλείας δραξάμενος, ἐπὶ τὸ βιαιότερον τῇ ἀρχῇ ἐχρᾶτο, καὶ κοινὰς τὰς γυναῖκας ἐνομοθέτησεν ἔχειν. ὅθεν οἱ Πέρσαι τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἀπήλασαν, καὶ δήσαντες εἰς φυλακὴν τὴν λεγομένην Λήθην ἐνέβαλλον. τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ Βάλβην βασιλέα ἐποίησαν. ἡ δὲ γυνὴ Καβάδου διηκόνει αὐτῷ ἐν τῇ φυλακῇ· ὁ δὲ τῆς εἱρκτῆς ἄρχων ἤρξατο ἐρᾷν τῆς γυναικὸς, εὐπρεπεστάτης οὔσης. ὁ δὲ Καβάδης παρακαλεῖ τὴν γυναῖκα, ἐνδοῦναι τῷ ἀνθρώπῳ, ὅπως δυνηθῇ ἐκφυγεῖν τοῦ φρουρίου. τούτου δὲ γενομένου, ἀκωλύτως ἡ γυνὴ πρὸς Καβάδην εἰσιοῦσα, τοῦτον ἐθεράπευε. φίλος δὲ Καβάδῃ ὀνόματι Σεσώσης, ἐδήλου τῷ Καβάδῃ διὰ τῆς γυναικὸς, ὡς ἵππους καὶ ἄνδρας ἐμπαρασκεύους ἔχω ἔν τινι χωρίῳ. ὁ δὲ Καβάδης νυκτὸς ἐπιλαβούσης, πείθει τὴν γυναῖκα, τὴν ἐσθῆτα αὐτῇ αὐτῷ ἀλλάξασθαι, καὶ ἐξελθεῖν μὲν αὐτὸν, ἐκείνην δὲ ἐν τῇ φυλακῇ καθέζεσθαι. καὶ οὕτω Καβάδης ἐξελθὼν τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ ἵππῳ ἐπιβὰς σὺν τῷ Σεσώσῃ

Cedren.

A terra injecta, intra eam sese continuerunt, paucis emissis qui hosti occurrerent, ac mox fuga facta per angustias sibi notas evaderent. Persæ ergo insidiis non animadversis eos insecuti, universi cum rege Peroza & filiis ejus in voraginem istam incidentes perierunt. Perozes eo in periculo constitutus, unionem, quem gestabat ingentem ac candidissimum & maximi pretii, a dextra aure detractum abjecit, ne quis eum post se gestaret, aut ipsum regem agnosceret. erat enim spectatu dignissimus. Hoc modo Perozes cum exercitu interiit. Barbari exinde biennium Persas tributarios habuerunt. Eo exacto, Persæ superstites Cabadem Perozæ F. regem constituunt.

De unione, quo is pacto inventus fuerit, talem reperimus historiam. *Unionis historia.* B In sinu Persico, qui a rubro mari versus Aquilonem est situs, uniones aluntur, a pectinibus, quos Zambaces vocant. Horum pectinum quidam inventus est, intra se alens unionem ingentem, ac splendidissimum: qui cum auctus mensuram usitatam excessisset, radiosque splendoris sui fulguris in morem ejacularetur, canis quidam marinus eum splendorem adamavit, & pulcritudinem perpetuo affectari cœpit: *Edit. Paris. pag. 356.* & quocumque undæ pectinis concham ferebant, eo canis quoque perniciosi cujusdam dæmonis impulsu baccabatur. Id prodigium piscator quidam animadvertens, statuit pectinem machina qua- C dam deprædari: verum canis non concessit, sed raptum pectinem in profundum aquæ abduxit. Proinde regi Persarum de pulcritudine margaritæ piscator refere, isque ei viros adjungit, qui in eo capiendo ipsi adsint. Cum ad mare profecti per aliquot dies præstolati essent, contigit ut canis aliquantisper secederet. tum piscator statim sese in aquam injecit: & ad fundum delatus, pectinem cum unione arripuit, sursumque enatavit, exerta manu qua unionem tenebat, quem & statim ii qui aderant ei eripuerunt. priusquam vero in lembum piscator evadere posset, supervenit canis, miserumque devoravit. Unio ad regem allatus est: qui ejus spectaculo delectatus, piscatoris filios magnis D donis affecit. Eum unionem ut redimeret Justinianus Magnus, centum libras barbaris misit. verum ii recusarunt vendere, asservantes eum in signum Persicæ stoliditatis.

Cabades autem Perozis ultimus filius *Cabades Persarum rex.* regno potitus, imperio violentius uti cœpit: lege etiam lata, quæ uxores omnibus juberet esse communes. Itaque Persæ ei regnum ademerunt, ipsumque vinctum in carcerem, qui Letha (id est oblivio) dicitur, conjecerunt: ac fratrem ejus Balbam regem creaverunt. Uxor autem cum Cabadi in carcere deganti ministraret, eam (erat enim formosissima) amare præfectus carceris cœpit. Id ubi intellexit Cabades, uxori suasit ut morem illi gereret, si qua fortassis E ipse ratione ex carcere posset evadere. Quæ cum sui corporis potestatem præfecto carceris fecisset, postmodum nemine prohibente ad maritum commeavit, eique inservit. Erat amicus Cabadi Sesoses quidam. is Cabadi per uxorem ejus significat, habere se equos virosque paratos quodam in loco. Tum Cabades nocte facta uxori persuadet, ut secum vestes mutet: itaque ea suo loco

relicta, carcerem exit, equoque conscenso cum Sesose ad Hunnos Nephthalitas pervenit. Horum rex Cabadem sibi generum facit, magnoque instructum exercitu in Persiam mittit. Eam ingressus Cabades, nullo negotio regnum recuperat, fratrem oculis erutis in carcerem includit, ac posthac (erat enim prompto ingenio, & strenuus) regnum tuto servat per annos XI, abrogatis quas ante tulerat legibus omnibus.

ANASTAS. Imperator. Edit. Paris. pag. 375.

Mortuo Zenone, Augusta, Senatus, & exercitus Anastasio Silentiario imperium deferunt. Fuit is in hæresi Acephalorum, sive Synchyticarum, procerissimo corpore, oculis trucibus ac mediocriter cæsiis, calvaster ac canus. Ad imperium eum promovit Urbicius eunuchus, qui tum apud Imperatricem plurimum poterat. Cum designatus esset, Euthymius patriarcha ab eo exegit, ut cautione data affirmaret se nihil in rebus ecclesiasticis & fide labefactaturum, indignum eum dicens qui Christianis imperaret. Compulsus tandem ab Ariadna & Senatu, sua manu scriptam schedam patriarchæ tradit, qua profitetur se Chalcedonensis Concilii de fide decreta rata habere. Ita demum coronatus, Ariadnam uxorem ducit, cum hactenus vixisset cœlebs. Imperavit annos XXVII, menses IV. Sub ejus imperio Manichæis & Arianis animi creverunt. Manichæis, quod mater Imperatoris ipsorum sectæ studeret, atque amica esset: Arianis, quod Clearchus imperatoris avunculus secum sentiret.

Primo ejus anno Euthymius Constantinopolis episcopus, collectis qui tum in urbe degebant episcopis, synodum Chalcedonensem confirmavit. Cum Anastasius imperatorio habitu sumpto in Circo sederet, universus populus veluti uno ore directe inclamavit: Sicut vixisti, ita etiam impera Domine. Quippe ante galli cantum templum adire solebat, ibique dum concio dimitteretur, adstabat Deum placans. frequenter jejunabat, & sua pauperibus & mendicis erogabat. Idem delatores funditus ex urbe excidit. Abolevit etiam tributum quod Chrysargyrum dicebatur, quasi aurargentum dicas. Id tale fuit. Quivis mendicus, quævis meretrix, quævis repudiata, quivis servus, quivis libertus, ærario aliquid pendebant: atque etiam de mulo, de fimo, de jumentis & canibus in urbe & rure degentibus. Homo, sive mas esset, sive fœmina, nummum argenteum pendebat: tantundem equus, bos & mulus. asinus autem & canis obolos sex, & erat cum in agris, tum in urbe magnus ejulatus cum id tributum absque ulla miseratione exigeretur. Itaque Imperator, cum ea de re legatos ad eum misissent monachi Hierosolymitani, & Timotheus Gazæus vir sapientissimus tragœdiam ea de re finxisset, excidit ista. Atque eo sane tempore illustrem suam fecit liberalitatem, quod tributum illud quadriennale, quod magna cum omnium pernicie ingentem talentorum corradebat numerum, & Chrysargyrum appellabatur sustulit: tabulasque ejus tributi descriptionem continentes in Circo omnes coram toto populo concremavit. Ac rempublicam quidem ille tanta magnificentia emendabat. Sed in rebus Ecclesiasticis idem asperum se atque inverecundum præ-

Tributum Chrysargyrum.

141

pag. 358.

A πρὸς Οὔννους τοὺς Νεφθαλίτας ἀφίκετο. ὁ δὲ τούτων βασιλεὺς τὴν θυγατέρα αὐτοῦ δίδωσιν εἰς γυναῖκα αὐτῷ, καὶ στράτευμα δοὺς πολὺ, ἐπὶ Πέρσας ἐξέπεμψεν. εἰσβαλὼν δὲ εἰς Περσίδα, ἐν οὐδενὶ πόνῳ τῆς βασιλείας ἐκράτησε. καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐκτυφλώσας, εἰς φυλακὴν ἐνέβαλε. τὴν δὲ βασιλείαν ἀσφαλῶς διεφύλαξεν (ἦν γὰρ ἀγχίνους καὶ δραστήριος) καὶ ἐκράτει μετὰ ταῦτα ἔτη ια΄. καταλύσας τοὺς νόμους πάντας, οὓς προεξέθετο.

Μετὰ τὴν Ζήνωνος τελευτὴν, ἡ βασίλισσα καὶ ἡ σύγκλητος καὶ τὸ στράτευμα Ἀναστάσιον τὸν Σιλεντιάριον ἀναγορεύουσι βασιλέα, τῆς τῶν ἀκεφάλων ἤτοι συγχυτικῶν ὄντα αἱρέσεως. ἦν δὲ τῷ σώματι μήκιστος, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων χαροποὺς, καὶ γλαυκοὺς μετρίως, φα-

E λακρὸς ἠρέμα, καὶ πολιός. ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὴν μοναρχίαν Οὐρβίκιος εὐνοῦχος, τότε μεγίστην παρὰ τῆς βασιλείας ἔχων δύναμιν. μετὰ δὲ τὴν ἀναγόρευσιν ἀπαιτεῖται ὁμολογίαν παρὰ Εὐθυμίου τοῦ πατριάρχου, πρὸς τὸ μὴ σαλεῦσαί τι τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πίστεως, ἀνάξιον αὐτὸν ἀποκαλῶν τῆς τῶν Χριστιανῶν βασιλείας. βιαζομένης δὲ αὐτὸν Ἀριάδνης καὶ τῆς συγκλήτου, δίδωσιν αὐτῷ τὸ ἰδιόχειρον τῷ πατριάρχῃ, κυροῦν τὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ὑπὲρ τῆς πίστεως δόγματα, καὶ οὕτω στεφθεὶς, Ἀριάδνην ἄγεται εἰς γάμον, οὔπω πρότερον γαμετῇ συνοικήσας. ἐκράτησε δὲ ἔτη κζ΄. μῆνας δ΄. ἐπὶ τούτου Μανιχαῖοι καὶ Ἀρειανοὶ ἔχαιρον· Μανιχαῖοι μὲν, ὡς μητρὸς τοῦ βασιλέως ζηλωτείας οὔσης, καὶ προσφιλοῦς αὐτοῖς· Ἀρειανοὶ δὲ, ὡς

C Κλέαρχον τὸν θεῖον αὐτοῦ ἀδελφὸν τῆς κακόφρονος μητρὸς αὐτοῦ ὁμόδοξον ἔχοντες.

Τούτῳ τῷ πρώτῳ ἔτει, Εὐθύμιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, συναγαγὼν τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους, τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐκύρωσε. τούτου τοῦ Ἀναστασίου τὸ τῆς βασιλείας σχῆμα λαβόντος ἐν τῷ τοῦ ἱπποδρόμου καθίσματι, ἅπας ὁ δῆμος ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εὐθυβόλως ἐβόησεν· ὡς ἔζησας, οὕτω καὶ βασίλευσον δέσποτα. πρὸ ᾠδῶν γὰρ ἀλεκτρυόνων εἰς ἐκκλησίαν φοιτῶν, ἄχρι τῆς ἀπολύσεως ἵστατο ἐξιλεούμενος τὸ θεῖον, νηστεύων πολλὰ, καὶ τὰ προσόντα αὐτῷ πένησι καὶ πτωχοῖς διαδιδούς. οὗτος τοὺς δηλάτορας ἐκ τῆς πόλεως τελείως ἐξέκοψεν. ἀφῆκε δὲ καὶ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου. ὁ δὲ χρυσάργυρος τοιοῦτόν τι πρᾶγμα ἦν· πᾶς

D πτωχὸς καὶ προσαίτης, καὶ πᾶσα πόρνη καὶ ἀπολελυμένη, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ ἀπελεύθερος, συνεισφορὰν ἐποιοῦντο κοινὴν πρὸς τὸ δημόσιον, ὑπέρ τε ὄνου καὶ κοπρίας, κτηνῶν τε καὶ κυνῶν τῶν ἐν ἀγροῖς καὶ πόλεσι διατριβόντων· καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος νόμισμα ἀργυροῦν συνεισέφερεν, ὁμοίως καὶ ἡ γυνή· ἵππος δὲ καὶ ἡμίονος καὶ βοῦς τὸ αὐτὸ συνεισέφερον, ὄνος δὲ καὶ κύων φόλλεις ἕξ. καὶ ἦν ὀδυρμὸς πολὺς ἔν τε χώρᾳ καὶ πόλει, τούτου εἰσπραττομένου ἀσυμπαθῶς. πρέσβεις τοίνυν δεξάμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις μοναχῶν, καὶ Τιμοθέου τοῦ Γαζαίου ἀνδρὸς τὰ πάντα σοφοῦ τραγῳδίαν ποιήσαντος ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, ταῦτα ἐξέκοψε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ περίβλεπτον φι-

E λοτιμίαν τῆς πολυταλάντου καὶ πανώλου εἰσφορᾶς τοῦ καλουμένου τετραετηρικοῦ χρυσαργύρου κατέλυσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ πυρὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐναντίον πάντων κατέκαυσε τὰ τῆς τοιᾶσδε συντελείας κατάγραφα· καὶ τὰ μὲν πολιτικὰ φιλοτίμως οὕτως ἐπηνωρθοῦτο. εἰς δὲ τὰ εἰς τὴν τοῦ θείου δόξαν συν-

τείνοντα, δριμὺς δὲ καὶ δυσώπητος γέγονε. τῷ γὰρ δευτέρῳ ἔτει αὐτοῦ, μετὰ βίας τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ παρὰ Εὐθυμίου ἔλαβε. A

Τῷ ε΄. ἔτει, τοὺς τυράννους διὰ Ἰωάννου τοῦ Σκύθους παρέλαβεν. Εὐθυμίῳ δὲ τῷ ἐπισκόπῳ, ἐχθρῷ αὐτοῦ ὄντι διὰ τὴν πίστιν, ἐδήλωσεν· αἱ εὐχαί σου αἱ μεγάλαι τοὺς φίλους σου ἠσβόλωσαν. τοῦτον τε καθαιρεῖ, καὶ εἰς ἐξορίαν παραπέμπει. Μακεδόνιον δὲ προχειρίζεται ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. ὁ δὲ κακῶς πεισθεὶς τῷ Αναστασίῳ, ὑπέγραψε τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος.

Τῷ η΄. ἔτει, Μακεδόνιος γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἑνῶσαι τὰ μοναστήρια τῆς βασιλίδος ἐσπούδαζεν, ἀποσχισθέντα διὰ τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος. καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους συναγαγὼν, τὰ ἐν Χαλκηδόνι καλῶς δογματισθέντα ἐγγράφως ἐβεβαίωσε. Θεοδώριχος δὲ ὁ Αφρος διάκονον ἔχων ὀρθόδοξον, πάνυ ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ, μεταθέμενον δὲ εἰς Αρειανισμὸν, χαριζόμενον Θεοδωρίχῳ Αρειανίζοντι, ἀπέτεμε ξίφει, εἰπών. εἰ τῷ Θεῷ τὴν πίστιν οὐκ ἐφύλαξας, ἐμοὶ πῶς φυλάξεις; B

Τῷ ι΄. καὶ ια΄. ἔτει, γέγονε πάλιν Σαρακηνῶν ἐπιδρομὴ ἔν τε Φοινίκῃ καὶ Συρίᾳ, καὶ οἱ Βούλγαροι τὸ Ἰλλυρικὸν καὶ τὴν Θρᾴκην ἐπιτρέχουσι.

Τῷ ιβ΄. ἔτει, σπένδεται πρὸς Αρέθαν Αναστάσιος· καὶ λοιπὸν πᾶσα ἡ Παλαιστίνη, καὶ Αρραβία καὶ Φοινίκη, πολλῆς γαλήνης καὶ εἰρήνης ἀπέλαυον. ἐν Νεοκαισαρείᾳ δὲ μέλλοντος γίνεσθαι σεισμοῦ, στρατιώτης ὁδεύων εἶδε δύο στρατιώτας ἐπ' αὐτὸν ἰόντας. καὶ ὄπισθεν ἄλλον κράξαντα· φυλάξατε τὸν οἶκον ἐν ᾧ ἡ θήκη Γρηγορίου ἐστί. γενομένου δὲ τοῦ σεισμοῦ, τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπτώθη, πλὴν τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου. C

Τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει, Καβάδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐκστρατεύσας, Αμιδα τὴν πόλιν πορθεῖ.

Τῷ ιδ΄. ἔτει πολλοὶ πόλεμοι μετὰ Καβάδη γεγόνασι. τούτῳ τῷ ἔτει ἱππικοῦ γενομένου, ἀταξία γέγονε τῶν δύο μερῶν, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον ἐξ ἀμφοτέρων ἐν οἷς καὶ ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως, ὃν εἶχεν ἀπὸ παλλακῆς. σφόδρα οὖν λυπηθεὶς ὁ βασιλεὺς, πολλοὺς ἐτιμωρήσατο. τούτῳ τῷ ἔτει ἐχώνευσε πολλὰ χαλκουργήματα, ἐξ ὧν ἔστησεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἐποίησε τὴν ἰδίαν στήλην, καὶ ἔστησεν εἰς κίονα τοῦ Ταύρου. ἡ γὰρ πρώτη ἑστῶσα Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ, καὶ συνετρίβη. τότε καὶ ἀνήρ τις χυμευτὴς, ἐκ τῶν τῆς χύμης τεχνῶν εὐφυὴς ὢν ταῖς ἀπάταις ὀφθαλμοπλανῆσαι, ὑπεδείκνυεν ἀργυροπράταις καὶ ἑτέροις, χεῖρας καὶ πόδας ἀνδριάντων, καὶ ἕτερα εἴδη χρυσᾶ, λέγων θησαυρὸν εὑρηκέναι· καὶ πολλοὺς ἀπατήσας, εἰς πενίαν ἤνεγκε. φήμης οὖν περὶ αὐτοῦ γενομένης, κρατηθεὶς ἤχθη τῷ Αναστασίῳ. ὁ δὲ προσήνεγκεν αὐτῷ χαλινὸν ἵππου ὁλόχρυσον, διὰ μαργαριτῶν. ὃν λαβὼν ὁ βασιλεὺς, ἔφη· ὄντως σὺ, εἰ καὶ πάντας ἠπάτησας, ἐμὲ οὐκ ἀπατήσεις. καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν εἴς τι φρούριον, ἔνθα καὶ τελευτᾷ. D E

Τῷ ις΄. ἔτει, ἀνεθεὶς τῶν πολέμων, Μακεδόνιον τὸν πατριάρχην διαστρέψαι τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐσπούδαζε. πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων, Αναστασίῳ χαριζόμενοι, τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ἀντέπιπτον. Μανιχαῖον δέ τινα ζωγράφον Συροπέρσην ἀπὸ Κυζίκου, Αναστάσιος ἤγαγεν, ἐν σχήματι πρεσβυτέρου, ὃς ἀλλότρια τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἁγίων εἰκόνων ἐτόλμησε γράψας, καὶ φασματώδη ἐν τῷ Παλατίῳ, γνώμῃ τοῦ βασιλέως, χαίροντι τοῖς Μανιχαικοῖς. ὅθεν καὶ στάσις

Cedren.

buit. Quippe anno imperii sui secundo, vi suam obligationem ab Euthymio repetiit.

Quinto anno, tyrannos opera Joannis Scethis domuit. Euthymio quoque episcopo, sibi religionis causa adverso, hæc nunciavit: Magnæ tuæ precationes amicos tuos fuligine consperserunt. Eumdem episcopatu dejectum relegavit, episcopatui Macedonium præfecit. Hic in gratiam imperatoris Henoticum Zenonis subscriptione sua approbavit.

Anno VIII, Macedonius de sententia Anastasii unire conatus est monasteria regiæ urbis, divulsa ab unione propter Henoticum Zenonis: & coactis qui in urbe tum peregrinabantur episcopis, Chalcedonensis Concilii decreta scripto rata se habere confirmavit. Theodoricus porro Afer cum ministrum haberet sibi percharum, & rectæ religionis professorem, cum is in Domini gratiam a fide ad Arianismum se transtulisset, caput homini amputavit: quod diceret, eum qui Deo fidem non servasset, non facile sibi fidelem fore. *Macedonius.*

Annis x & xi, rursum Saraceni in Phœniciam & Syriam, & Bulgari in Illyricum & Thraciam incursiones fecerunt. *Bulgari.*

Anno XII, Anastasius cum Aretha pacem composuit: atque exinde in tota Palæstina, Arabia & Phœnicia, alta pax ac tranquillitas fuit. Cum Neocæsareæ immineret terræmotus, miles quidam iter faciens, duos contra se ire milites vidit, aliumque a tergo clamantem: Abstinete domo in qua est arca Gregorii. Eo terræmotu cum major urbis pars esset prostrata, ædes S. Gregorii incolumis mansit. *Neocæsareæ terræmotus.*

Anno XIII, Cabades Persarum rex facta expeditione, Amida urbem oppugnat.

Anno XIV, crebro bellum est cum Cabade gestum. Eodem anno cum ederetur equestre certamen, tumultuantibus partibus multi utrinque sunt interfecti, interque eos Imperatoris ex pellice filius. cujus dolore percitus Imperator, multos supplicio affecit. Eodem anno multa ærea Constantini Magni opera conflavit, suamque statuam inde confecit, & in columna Tauri constituit. Nam quæ prius ibi posita fuerat Theodosii magni, ea terræmotu dejecta & comminuta fuit. Tunc etiam vir quidam ex eorum numero qui Chymicam artem profitentur, callidus oculos hominum impostura præstringere, argentariis aliisque obtulit manus pedesque statuarum, & alia aurea, dicens se thesaurum reperisse: multosque ita deceptos ad paupertatem redegit. Fama vulgata, captus, & ad Anastasium adductus, frænum equi ex solido auro conflatum, ac margaritis consertum obtulit. Sed Imperator fræno accepto: Ut omnes, inquit, fefelleris, me profecto non decipies. statimque hominem in castellum quoddam relegavit, in quo is periit. *Alchymista. Edit. Parif. pag. 359.*

Anno XVI, bellis exoneratus, conatus est Macedonium episcopum a recta fide avertere. Multi tum Episcopi in gratiam Anastasii Chalcedonense Concilium impugnaverunt. Adduxit etiam Anastasius Cyzico pictorem quemdam Syropersam, habitu presbyteri, qui in regia jussu Imperatoris (nam is Mani- *Anastasii impietas.*

chaicis nugis delectabatur) quædam monstrosa & ab imaginibus ecclesiasticis aliena pingeret. Ob id magna populi est coorta seditio. Cæterum Macedonius tantum abfuit ut Ascholii injuriam persequeretur, a quo stricto gladio fuerat inimicorum suorum instinctu petitus, ut menstruam ei porro annonam constituerit. Erat enim vir mansuetus. Atque eodem recens modo sacrilegum tractaverat. Duobus episcopis de fide altercantibus, orthodoxo & Ariano, cum hic differendi facultate polleret, ille pietate & fide fretus hanc Ariano conditionem tulit, ut omissa disputatione in ignem sese darent: itaque uter ipsorum pietate præstaret, notum fieret. Recusante Ariano, ipse intravit ignem, & stans in medio ejus verba ad multitudinem fecit, Deo ipsum incolumem conservante.

Daras. Anno XVII, Anastasius Daras, castrum Mesopotamiæ magnum atque validum, in finibus Romani ac Persici imperii, munit: extruxitque ibi templum, & horrea, & cisternas, & rostra, ac duo publica balnea. Loco urbis privilegia dedit, & eam Anastasiopolin nominavit.
Anastasiopolis.

Anno XX, Deuterius episcopus Arianorum quamdam nomine Barbarum baptizans, ausus est contra institutum Domini sic dicere: baptizatur Barbarus in nomen Patris, per Filium, in Spiritu sancto. ad quæ verba statim exsiccatum est baptismi lavacrum. & Barbarus territus fugit, miraculumque omnibus exposuit. His annis hæretici cum Anastasio Macedonium episcopum orthodoxum Constantinopolis adorti sunt, estque hic
Edit. Paris. pag. 360. ab Imperatore relegatus Euchaita: & pro eo substitutus flagitiosus ille Timotheus, qui Litroboles & Celon cognominatur.

Anno XXII, Imperator & Timotheus iste multa mala iis intulerunt, qui pro Macedonio & Chalcedonensi Concilio propugnabant. Et Anastasius, ita persuasus a Severo qui ab hæresi Acephalorum erat, volens sanctissimo carmini apponere hæc verba, Qui crucifixus es pro nobis, Logothetam & præfectum urbis jussit con-
Tumultus ob religionem. scenso suggesto ea proclamare. Ob hoc factum populus seditione excitata, alium Imperatorem poscere, ipsum contumeliis & conviciis exagitare, multas domos incendere: monachum in mansione S. Philippi, prope cisternam S. Mocii, inclusum, quod Imperatori is charus erat, necare, capiteque ejus hastæ præfixo clamare, Hic est amicus hosti sanctæ Trinitatis: & monacham, quam Imperator maximi faciebat, jugulare: cadaver utrumque raptare, & in Studii mansione cremare. His perterritus Imperator, hæresis aliquantisper destitit. Eodem
Alamundarus Severianos refellit. anno, cum Alamundarus Saracenorum princeps Dei providentia baptizatus ab orthodoxis esset, impius Severus duos ad eum mittit episcopos, qui eum labe suæ hæreseos inficerent. quos ille admirabili commento refutavit. dixit enim iis, eo ipso die sibi litteras de morte Michaelis angelorum principis esse allatas. Cumque responderent, nullo eum modo potuisse mori: Quomodo autem, ait, nudus Deus potuit crucifigi, quod vos affirmatis? & Christus non constitit ex duabus naturis? cum ne angelus quidem moriatur. Ita cum dedecore Severiani illi di-

A τῷ λαῷ γέγονε μεγάλη. Ἀκόλουθον δέ τινα ὁ Μακεδόνιος ἐν ἔχθρᾳ φονικῇ σπασάμενον κατ' αὐτοῦ μάχαιραν, ἐξ ὑποβολῆς τῶν ἐχθραινόντων αὐτὸν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ μνησικακῆσαι, ὥστε καὶ μηνιαίας αὐτῷ ἀννώνας προστάξαι λαβεῖν. πρᾶος γὰρ ἦν ὁ ἀνήρ. τοῦτο δὲ πρώην καὶ εἰς ἱεροσυλίαν ἔπραξε. δύο τινῶν ἀμφισβητούντων ἐπισκόπων περὶ πίστεως, Ὀρθοδόξου καὶ Ἀρειανοῦ, διαλεκτικοῦ ὄντος, τοῦ δὲ Ὀρθοδόξου εὐσεβοῦς καὶ πιστοῦ, ὁ ὀρθόδοξος προτείνει, ὥστε ἀφεμένους τῶν λόγων εἰς πῦρ εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸν εὐσεβέστερον. τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ τοῦτο παραιτησαμένου, αὐτὸς εἰσῆλθε, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἱστάμενος, διελέγετο πᾶσιν, ἀβλαβὴς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυλαττόμενος.

B Τῷ ιζ'. ἔτει ἐτείχισε τὸ Δαρὰς, χωρίον ὂν τῆς Μεσοποταμίας μέγα καὶ ὀχυρὸν, μέσον τῶν ὅρων κείμενον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν. καὶ ἐποίησεν ἐκκλησίαν, καὶ ὡρεῖα, καὶ κιστέρνας, καὶ ἐμβόλους, καὶ δύο δημόσια λουτρὰ, ὀνομάσας αὐτὴν Ἀναστασιούπολιν, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ δίκαια πόλεως.

Τῷ κ'. ἔτει, Δευτέριος ὁ ἐπίσκοπος τῶν Ἀρειανῶν, βαπτίζων τινὰ Βάρβαρον λεγόμενον, παρὰ τὴν δεσποτικὴν παράδοσιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν· βαπτίζεται Βάρβαρος εἰς ὄνομα Πατρὸς, δι' υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. καὶ εὐθὺς ἐξηράνθη ἡ κολυμβήθρα· ὁ δὲ Βάρβαρος ἔμφοβος γενόμενος, ἔφυγε, καὶ πᾶσιν ἐγνώρισε τὸ θαῦμα. ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν, ἡ τῶν αἱρετικῶν μετὰ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως κατὰ Μα- C κεδονίου τοῦ ὀρθοδόξου Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου ἔνστασις γέγονεν. ὑφ' οὗ καὶ ἐξορίζεται Μακεδόνιος εἰς Εὐχάϊτα, καὶ εἰσάγεται ὁ ἀλιτήριος Τιμόθεος, ὁ λεγόμενος Λιτροβόλης, καὶ Κήλων.

Τῷ κβ'. ἔτει, Ἀναστάσιος ὁ παράνομος βασιλεὺς, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀλιτήριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, πολλὰ κακὰ τοῖς ὑπὲρ τοῦ θαυμασίου Μακεδονίου καὶ τῆς συνόδου ἀγωνιζομένοις ἐνεδείξατο. βουληθεὶς δὲ ὁ Ἀναστάσιος προσθεῖναι εἰς τὸ τρισάγιον, τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, πειθόμενος Σεβήρῳ τῷ ἀκεφάλῳ, τὸν λογοθέτην καὶ τὸν ἔπαρχον ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνεβίβασε τοῦτο ἐκφωνῆσαι. διὸ γέγονε δημοτικὴ D στάσις, ἄλλον βασιλέα ἐπιβοωμένων. ἐμπρήσαντές τε πολλοὺς οἴκους, καὶ τὸν βασιλέα ὑβρίσαντες, ἦλθον εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Φιλίππου, πλησίον τῆς κιστέρνης τοῦ ἁγίου Μωκίου, ἔνθα ἦν ἔγκλειστος φίλος τοῦ βασιλέως· καὶ τοῦτον φονεύσαντες ὡς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενον, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ δόρατος ἀναρτήσαντες ἔκραζον, οὗτός ἐστιν ὁ φίλος τοῦ ἐχθροῦ τῆς ἁγίας Τριάδος. ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ἔγκλειστον, εἰς ἣν πολλὴν πίστιν εἶχεν ὁ βασιλεὺς ἀνελόντες, ἔσυραν ἀμφοτέρους, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Στουδίου ἔκαυσαν. ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς φοβηθεὶς, ἐπαύσατο πρὸς βραχὺ τῆς αἱρέσεως. Τῷ αὐτῷ ἔτει, Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου τῶν Σαρακηνῶν βαπτισθέντος Θεοῦ προνοίᾳ παρὰ τῶν ὀρθοδόξων, Σε- E βῆρος ὁ δυσσεβὴς δύο ἐπισκόπους ἔπεμψε τῆς λώβης αὐτοῦ μεταδοῦναι τῷ ἀνδρί. οὓς θαυμασίως ἤλεγξε δραματουργίᾳ τοιαύτῃ. ἔφη γὰρ πρὸς αὐτούς. γράμματα (φησὶν) ἐδεξάμην σήμερον, ὅτι Μιχαὴλ ὁ Ἀρχάγγελος τέθνηκε. τῶν δὲ εἰπόντων, ἀδύνατον εἶναι τοῦτο. ἔφη πρὸς αὐτούς· καὶ πῶς Θεὸς γυμνὸς ἐσταυρώθη καθ' ὑμᾶς, καὶ ἀπέθανεν, εἰ μὴ δύο φύσεων ἦν Χριστὸς, εἴπερ μηδὲ ἄγγελος ἀποθνήσκει; καὶ οὕτω μετ' αἰ-

A [illegible]ας ἀνεχώρησαν οἱ τῷ Σεβήρῳ ἐπίσκοποι. Καβάδης δέ τινας τῶν ἐν Περσίδι Χριστιανῶν ἠγκυλοκόπησεν, οἱ μετὰ ταῦτα περιεπάτησαν.

Τῷ κγ΄. ἔτει, Βιταλιανὸς παραλαβὼν πᾶσαν τὴν Θρᾴκην καὶ Σκυθίαν καὶ Μυσίαν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Οὔννων καὶ Βουλγάρων, παρέλαβε καὶ πολλὰς πόλεις, Κύριλλον τὸν στρατηγὸν Θρᾴκης, καὶ ἦλθε πραιδεύων ἕως Βυζαντίου. Ἀναστάσιος δὲ ἀπογνοὺς, πέμπει πρὸς εἰρήνην, ὀμνύων σὺν τῇ συγκλήτῳ τοὺς ἐξορισθέντας ἀνακαλεῖσθαι, καὶ Μακεδόνιον καὶ Φλαβιανὸν ἀπολαβεῖν τοὺς ἰδίους θρόνους, καὶ σύνοδον γενέσθαι ἐν Ἡρακλείᾳ, ἐρχομένου καὶ τοῦ Ῥώμης. βεβαιωσάντων δὲ πάντων ταῦτα γενέσθαι, ὁ Βιταλιανὸς ἀπῆλθεν εἰς τὰ ἴδια, γενομένης εἰρήνης. ἐλθόντων δὲ ἐπισκόπων ἐν Ἡρακλείᾳ ὡσεὶ διακοσίων ἐκ B διαφόρων τόπων, ὁ ἀσεβὴς βασιλεὺς παραβὰς τὰς συνθήκας μετὰ καὶ Τιμοθέου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τούτους ἐνέπαιξαν, καὶ ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι.

Τῷ κδ΄. ἔτει. ὁ Βιταλιανὸς ἀγανακτήσας κατὰ Ἀναστασίου, διὰ τὴν ἐπιορκίαν, πολλὰ κακὰ τοῖς στρατοπέδοις Ἀναστασίου καὶ τῇ λοιπῇ πολιτείᾳ ἐπεδείκνυτο, ἁρπάζων καὶ ἀφοπλίζων, καὶ τέλος πρὸς ὕβριν ἕκαστον στρατιώτην μιᾶς φόλεως πιπράσκων.

Τῷ κε΄. ἔτει, Οὖννοι οἱ λεγόμενοι Σαβὴρ, τὰς Κασπίας πύλας περάσαντες, τὴν Ἀρμενίαν ἐξέδραμον, Καππαδοκίαν τε καὶ Γαλατίαν καὶ Πόντον ληϊζόμενοι, ὡς καὶ τὰ Εὐχάϊτα μικροῦ περασήσασθαι. ὅθεν καὶ φυγὼν ὁ ἱερὸς Μακεδόνιος σχεδὸν κινδυνεύων, εἰς Γάγγραν διεσώθη. ὅπερ μαθὼν Ἀναστάσιος, πικρῶς C αὐτὸν ἐκεῖ προσέταξε φυλάττεσθαι, πέμψας (ὥς φασιν) καὶ τὸν ἀναιρήσοντα αὐτόν. τελειωθεὶς δὲ ἐν Γάγγραις, κατετέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Καλλινίκου πολλὰς ἰάσεις ἐπιτελῶν. μέλλοντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ τάφῳ τίθεσθαι, ἄρας τὴν δεξιὰν χεῖρα, κατεσφραγίσατο τῷ σταυρῷ, καὶ οὕτω κατετέθη. καὶ Θεοδώρῳ δέ τινι τῶν συνόντων εἶπεν ἐν ὁράματι. ἔκλαβε, καὶ ἄπελθε, καὶ ἐπανάγνωθι Ἀναστασίῳ λέγων. ἐγὼ μὲν ἀπέρχομαι πρὸς τοὺς πατέρας μου, ὧν τὴν πίστιν τετήρηκα. οὐ παύσομαι δὲ ἐνοχλῶν τὸν δεσπότην μου, ἄχρις οὗ ἔλθῃς, καὶ εἰς δίκην εἰσέλθωμεν. τούτῳ τῷ ἔτει Ἀλεξανδρεῖς πλεῖστοι, ἄνδρες τε γυναῖκες καὶ παιδία, δεινῶς πληγέντες ὑπὸ δαιμόνων, ἀθρόως ὑλάκτουν. καθ' ὕπνους δέ τις εἶδε τινὰ φοβερὸν λέγοντα, ὅτι διὰ τοὺς D ἀναθεματισμοὺς τῆς συνόδου ταῦτα πάσχετε. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἀριάδνη ἡ βασιλὶς ἐτελεύτησεν. ἐπίσκοπον δέ τινα Οἰνιάνδον λεγόμενον, ἀκούσας ὁ μιαρὸς Ἀναστάσιος ὡς εὐφυῶς διαλέγεται, καὶ πάντας ἐπιστομίζει τοὺς τῷ δόγματι αὐτοῦ προσανέχοντας, προσκαλεσάμενος ἔφη· γενοῦ τῆς ἐμῆς μοίρας, θαυμασιώτατε, καὶ πᾶν ἅπερ αἰτήσεις παρ' ἡμῶν λήψῃ τάχιστα. ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Σὺ μᾶλλον τῆς ὀρθοδόξου μοίρας γενοῦ, καὶ μὴ τῇ δόξῃ τῶν ἀσεβῶν Σεβήρου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ἑπόμενος, κληρονομήσεις τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐδράξατο τῆς χλαμύδος τοῦ βασιλέως, λέγων· τοῦτο τὸ ἱμάτιον οὐδαμῶς εἰς ᾅδου E συγκαταβήσεταί σοι, βασιλεῦ, ἀλλὰ μόνη ἡ θεοσέβεια καὶ ἀρετῶν κτῆσις. ἄφες τὴν ἐκκλησίαν, ἣν ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐξηγόρασεν. ἀμαθὴς εἶ, καὶ ἀσυλλόγιστος, οὐδὲν τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀκριβῶς ἐπίστασαι, ἀλλ' ἢ πλάναις καὶ βωμολοχίαις μορμολύττῃ τοὺς ἄφρονας. Ἀρκοῦ, βασιλεὺς ὢν, εἰς

A scesserunt. Cabades autem quosdam in Perside Christianos uncis gladiis cum concidisset, ii nihilo secius postmodo obambulaverunt.

Anno XXIII, Vitalianus occupata universa Thracia, Scythia & Mysia, ducens secum Hunnorum & Bulgarorum agmen, multas urbes, & Cyrillum quoque Thraciæ præfectum cepit, ac prædando Constantinopolin, usque processit. Tum Anastasius rebus suis deploratis, pacem per legatos petit, jurans una cum senatu se legatos revocaturum, Macedonio ac Flaviano suos episcopatus redditurum, Concilium Heracleæ acturum evocato etiam Papa Romano. Cum in has conditiones esset ab omnibus consensum, Vitalianus pace facta domum rediit. Sed cum circiter B CC episcopi ex diversis partibus Heracleam convenissent, Imperator impius violatis pactis, adjutore Timotheo Constantinopolitano episcopo, iis illusit: atque ii re nulla confecta discesserunt. 143

Vitaliani seditio.

Anno XXIV, Vitalianus Anastasio ob perjurium iratus, exercitus ejus & rempublicam multis damnis affecit. nam & prædabatur, & milites captos exarmabat, tandemque contumeliæ causa singulis obolis eos divendebat.

Edit. Paris. pag. 361.

Anno XXV, Hunni, qui appellantur Saberi, Caspiis portis egressi, Armeniam, Cappadociam, Galatiam, & Pontum incursionibus vexarunt: parumque abfuit quin Euchaita etiam in suam potestatem redigerent. Macedonius quidem jam periculo proximus, inde profugit, & Gan-C gram pervenit, Anastasius de hoc certior factus, jussit eum rigide ibi custodiri, misso etiam (ita ajunt) percussore. Sed Macedonius Gangræ mortuus, in æde martyris Callinici humatus est, multosque a morte sua morbis liberavit. Cum jam esset in sepulcro condendus, antequam id fieret, sublata dextra manu Crucis signo sepulcrum obsignavit. Idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visionem dixit: Excipe hæc, & abi atque Anastasio recita. Ego quidem Macedonius abeo ad patres meos, in quorum fide perstiti: interim tamen semper Dominum interpellabo, dum tu quoque venias, & causa nostra disceptetur. Eodem anno Alexandreæ viri plurimi, itemque mulieres & pueri, graviter a dæmonibus verberati, assidue latrabant. In somnis autem cuidam terribilis D quidam apparuit, dicens, civibus hæc ob damnationes in concilium editas accidere, Eodem anno decessit Ariadna Augusta. Impurus autem Anastasius episcopum quemdam Oeniandum audiens disertum admodum esse, & qui ora omnibus sententiæ de passo Deo assertoribus obturaret: eum ad se vocatum hortatus est, ut ad suam factionem descisceret, pollicens eum quidquid petiisset illico accepturum. Cui episcopus: Tu, inquit, potius ad orthodoxos transi: ne, dum opiniones impiorum hominum Severi, Eutychis & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris. Simulque apprehendens Imperatoris chlamydem: Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, o Imperator: sed sola comitabitur E te pietas, ac virtutum habitus. Missam fac ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neque ullum ecclesiæ decretum perfecte intelligis: tantum imposturis & scurrilibus calumniis fatuos terres. Satis tibi sit dignitatis, quod Imperator es: antistites ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator

Hunnorum eruptio. *Macedonii exilium.* *Episcopi libertas.*

pudore suffusus, obmutuit. Pauperrimus autem cum esset ille episcopus, re oblatum quidem ab Imperatore voluit accipere: adeo liber erat, & solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens.

Dæmones a Christianis pulsi. Edit. Paris. pag. 362. Castrum est in Persarum atque Indorum confinio, nomine Tzudadet, in quo multum pecuniæ, margaritarum, & lapidum pretiosorum repositum, a dæmonibus asservabatur. Cabades ea re percepta, castrum occupare est annixus. cumque ei a dæmonibus obsisteretur, omnibus & Magorum, & mox Judæorum tentatis artibus, impos propositi fuit. Ergo cum ei persuasum esset, Christianorum ad Deum precibus eo se potiri posse: hoc a quodam episcopo Christianorum in Perside agentium contendit. Is synaxi coacta, cum divinis mysteriis communicasset, ad locum accedens, dæmonas ibi morantes exegit, castrumque Cabadæ nullo labore occupandum tradidit. Quo miraculo Cabades attonitus, primum in consessu locum episcopo ei tribuit, quem hactenus Manichæi & Judæi tenuerant: liberam quoque potestatem fecit iis qui baptizati vellent.

Mors Anastasii. Anastasius vero paulo ante quam moreretur, delatis ad ipsum insidiarum sibi factarum indiciis, multos corripi utque interfici jussit. in captis fuerunt etiam Justinus & Justinianus. Quos cum necare statuisset, terribilis quidam ei in somnis adstitit, ita dicens: Tibi quidem, o Imperator, permissum est reliquos insidiatores tollere: a Justino autem & Justiniano maleficium omne abstine. nam non licebit te eis, utcumque velis, male facere. Cumque Anastasius diceret, eos reos esse læsæ Imperatoriæ maiestatis: respondit ille, Esse eos vasa consilio providentiæ divinæ exequendo apta, & utrumque suo tempore Deo operam navaturum. Atque hos quidem duos Anastasius crimine absolvit: insomnium vero suo tempore exitus comprobavit. uterque enim eorum post Anastasii mortem Imperio sanctus est.

Anno xxvii, apparuit Anastasio per insomnium vir terribilis, codicem gestans: quem is cum aperuisset, & nomen Imperatoris in eo invenisset, ait illi: Ecce ob perversitatem fidei tuæ, de vita tua annos xiv deleo. simulque eos expunxit. Somno solutus Anastasius, insomnium id Amantio præposito ad se vocato exposuit. atque is: Ego etiam, inquit, imaginatus sum, cum adstarem majestati tuæ, venisse magnum porcum, qui me veste arreptum in terram prostraverit, atque devoraverit. Deinde Proclus insomniorum conjector advenit, pronuntiavitque, utrumque paulo post vita defuncturum. Sed Anastasius, cum oraculo edoctus esset, igne sibi pereundum fore, cisternam in Palatio quæ Frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorum cuique cadus appositus esset: conans hoc pacto oraculum irritum reddere. Verum id abs te fuit: Fulmine enim divinitus est ictus. Cadaver ejus in fano Apostolorum depositum est, in cista Aquyntiana, juxta Ariadnæ uxoris corpus, quæ ante ipsum e vivis excesserat. Is Anastasius fertur Chrysargyri tributi tabulas combussisse. pag. 363.

Justinus Magnus imperator Romanorum fuit annos ix. vir pius, senex ac

A τὸ σὸν ἀξίωμα· καὶ τοὺς τῆς ἐκκλησίας προεστῶτας μὴ κόλαζε. ὁ δὲ κατῃσχύνθη, καὶ ἔμεινεν ἄφωνος. ὁ δέ γε σοφὸς ἐπίσκοπος πενέστατος ὢν, οὐκ ἠθέλησε παρὰ τοῦ βασιλέως λαβεῖν ἕως ὀβολοῦ. οὕτως ἦν ἐλεύθερος, καὶ μόνης τῆς εἰς Θεὸν πίστεως καὶ εὐσεβείας περιποιούμενος.

Μεταξὺ Ἰνδῶν καὶ Περσῶν κάστρον ἐστὶν, ὀνομαζόμενον Τζυδάδερ, ἐν ᾧ πολλὰ χρήματα καὶ μαργαρῖται καὶ λίθοι τίμιοι ἀποκείμενοι ἦσαν, καὶ ὑπὸ δαιμόνων ἐφυλάττοντο. τοῦτο Καβάδης μαθὼν, ἐζήτει λαβεῖν. καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων κωλυόμενος, κινεῖ νῦν τὴν παρ' αὐτοῦ μάγων πᾶσαν ἐπίνοιαν, ἔπειτα καὶ τὴν Ἰουδαίων· καὶ τοῦ σκοποῦ ἀποτυγχάνει. πεισθεὶς δὲ, διὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχῆς τῶν Χριστιανῶν τοῦτο ἀνελκῦσαι, ἐπίσκοπόν τινα B Χριστιανὸν ἀπὸ τῆς ἐν Περσίδι περὶ τούτου παρεκάλεσεν. ὃς σύναξιν ἐπιτελέσας, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβὼν, προσελθὼν τῷ τόπῳ, τοὺς ἐκεῖσε δαίμονας ἐξεδίωξε, καὶ τῷ Καβάδῃ τὸ κάστρον ἀπόνως παρέδωκεν. ἐν τούτῳ Καβάδης καταπλαγεὶς, πρωτοκαθεδρίᾳ τὸν ἐπίσκοπον ἐτίμησεν, ἕως τότε Μανιχαίων καὶ Ἰουδαίων προκαθεζομένων· καὶ ἄδειαν παρέσχε τοῖς βουλομένοις βαπτίζεσθαι.

B cem cum delectis militibus paucis emittit. Is in bandum Persicum incidens, reliquis occisis, XXVI captos ad Heraclium adducit, afferens una caput Comitis eorum, & ejus pugionem ex solido auro, ac Razastæ * armigerum. Hic indicat Heraclio, decrevisse Razastem prælio congredi, ac tria armatorum millia ei a Chosroe missa, nondum tamen advenisse. His cognitis Imperator * tuldum præmittit, atque ipse subsequitur: nactusque locum opportunum, statuit pugnam committere, priusquam ad Razastem tria ista millia accederent. Ita ante alios omnes prosiliens, ductori cuidam Persarum vasto homini occurrit, eumque Dei & Deiparæ auxilio dejicit: tum alium,

* satellitem v. Meurs.

* v. Meurs. Gloss.

Heraclii victoria.

C ac porro tertium, qui ei hasta labium sauciarat. Ita tum acri prælio conferto, Razastes, ac qui cum eo erant ductores, prope omnes ceciderunt, majorque exercitus eorum pars. de Romanis ceciderunt quinquaginta, ex quibus decem mortui sunt. duravit pugna a prima luce usque ad vesperam, ac neutri loco cesserunt. Nox ea quieta fuit. Sed circa horam noctis octavam Persæ suis rebus diffidentes, evulsum vallum in montis asperi pedem transtulerunt. Romani invento Razastæ cadavere, clypeum ejus totum aureum, tum loricam, & brachiorum integumenta ac sellam, omnia ex solido auro confecta, abstulerunt, nec non scaramangium ejus.

D Multi etiam Persæ vivi in potestatem hostium venerunt. Imperator, postquam suorum militum animos oratione confirmavit, in Chosroen ducit, uti hunc terrore objecto eo adigat, ut is ab obsidione Byzantii Sarbarum revocet. Transgressus ergo parui Zabæ pontes, in ædibus Jesdemonis divertit, ibique Christi natalem celebravit. Hinc ad aliud Chosroæ palatium venit, quod Rusa dicebatur, idque evertit. Inde aliud occupat, palatium, nomine Beclamum. In eo erat circus, & altiles struthiones tres, capreæ quingentæ, apri centum, multitudo innumera ovium, porcorum

E & boum. hæc omnia populo dedit. Quidam vero Armenii, qui cum Persis degebant, ad Heraclium se contulerunt, nunciantque Chosroem cum elephantis copiisque suis commorari apud palatium suum, nomine Dystagerdam, pugnamque differre dum reliquos milites contrahat. Imperator ergo igni omnia statim vastans, ad palatium Dystagerdam accedit. In eo invenit banda Romanorum, quæ diversis temporibus Persæ ceperant: tum *pag. 418.*

Tt

178 variis rerum species, ut aloën, & magna aloes ligna, nec non metaxam, piper, carbasinas camisias innumeras, saccarum, gingiber, * asemum, vestes holosericas, pelliceam vestem stragulam, tapetes acu pictos, magna copia. Hæc omnia, quia ob pondus erant molesta futura, igne cremaverunt. Confugerunt etiam ad Heraclium multi captivi Edesseni, Alexandrini, aliarumque nationum ingens multitudo. Ibi Theophania festum diem egit. Palatia autem Chosroæ pretiosissima, admirabilia; & rerum stuporem incutientium plena funditus diruit; ut doceret (sic enim ajebat) Chosroëm, quantum doloris Romani percepissent, ipso eorum urbes incendente. At vero Chosroes, antequam Dystagerdam Heraclius pervenisset, omnibus insciis perforato urbis muro, cum uxoribus & liberis exiverat. & qui uno die quinque millia passuum iter facere nequiverat, tunc fuga viginti quinque millia confecit: cumque transivisset Ctesiphontem, & ultra Tigrim fluvium pervenisset, in castellum quoddam se cum uxore & tribus filiabus suis abdidit. Cum autem quidam Persæ Chosroæ per calumniam significarent, Sarbaram rebus Romanis 179 studere: rex satellitem suum ad collegam ejus Cardaricham mittit, qui tum apud Chalcedonem erat; eique mandat, ut Sarbarum occidat, exercituque recepto in Persidem contendat. Tabellarius iste in finibus Galatiæ a Romanis interceptus fuit, & Byzantium ad Imperatoris filium abductus. Is Sarbaro confestim accito, literas ad Cardaricham scriptas demonstrat. Sarbarus re certo cognita, cum Imperatoris filio & patriarcha pacem componit; literisque Chosroæ adulteratis, alios quadringentos satrapas, principes ac tribunos militum inscribit, quasi eos secum interfici rex jussisset. tum toto exercitu & Cardaricha convocatis, epistolam recitat: Cardarichamque interrogavit, hocne sibi agendum putaret? Principes eam ob rem ira perciti, Chosroæ regnum abrogant: & cum Imperatore pacem faciunt, ea conditione, ut absque maleficio domum discedant. Heraclio autem per litteras pacificationem requirenti, eam Chosroes cum denegaret, odia sui populi in se concitavit. Rursum inde subditorum suorum exercitum cogit, eumque jubet se cum Razatis copiis conjungere, & ad Narbam amnem consistere, ac pontem, simul ac Heraclius transisset, rescindere. Heraclius his intellectis, ad Siazur (loci nomen id est) redit, urbesque & totam regionem incendio vastat. Ibi se ei conjungit Gundusundus, qui sub Sarbaro tribunus militum fuerat, cum aliis multis: & indicat, Chosroëm statuisse Merdasam filiorum suorum minimum regno inaugurare: Siroen natu maximum id concedere nolle: se, aliosque viginti duos Comites, & magnam hominum multitudinem sibi adjunxisse, & Chosroæ exitium moliti: quem si possint interficere, pergratum ipsis fore: sin vero, universos ad Romanos defecturos. Hæc Heraclius cum probasset, hominem comiter tractatum ad Siroen remisit, eique nunciavit, ut apertis carceribus Romanos educat, eosque armatos in Chosroen

Marginalia: * argentum. — Chosroæ fuga. — Edit. Paris. pag. 419. — Chosroes a filio necatur.

A λὴν, καὶ ξύλα μεγάλα ἀλόης, μέταξάν τε καὶ πίπερι, καὶ χορβάσια καμίσια ὑπὲρ ἀριθμὸν, σάχαρ καὶ ζιγγίβερ, καὶ ἄσημον, ὁλοσηρικά τε ἱμάτια, σακοπάπυρά τε καὶ τάπητας ἀπὸ βελόνης, πλῆθος πολύ. ταῦτα διὰ τὸ βάρος, κατέκαυσαν. προσέφυγον δὲ τῷ βασιλεῖ πολλοὶ αἰχμάλωτοι, Ἐδεσσηνοί τε καὶ Ἀλεξανδρεῖς, καὶ ἀπὸ ἄλλων ἐθνῶν πλῆθος πολύ. ἐποίησε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων, καταστρέφων τὰ τοῦ Χοσρόου παλάτια ὑπέρτιμα καὶ θαυμαστὰ, καὶ ἐκπλήξεως γέμοντα, ἕως ἐδάφους, ἵνα μάθῃ (φησὶν) ὁ Χοσρόης, οἷον πόνον εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι, τῶν πόλεων αὐτῶν πυρπολουμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ Χοσρόης B πρὸ τοῦ καταλαβεῖν τὸν βασιλέα εἰς Δυσαγέρδαν, τρυπήσας τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, ἐξῆλθεν ἀγνοούντων πάντων μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ. καὶ ὁ μὴ δυνάμενος ποιῆσαι εἰς ὁδὸν μίλια πέντε τὴν ἡμέραν, ἀπῆλθε φεύγων κε. καὶ διελθὼν τὴν Κτησιφῶντα πέραν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ, εἴς τι φρούριον εἰσῆλθε μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν τριῶν θυγατέρων αὐτοῦ. τινὲς δὲ τῶν Περσῶν, διέβαλον τὸν Σάρβαρον πρὸς Χοσρόην, ὡς τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντα, καὶ ἀποστέλλει σπαθάριον αὐτοῦ πρὸς Καρδαρίγαν τὸν συστράτηγον τοῦ Σαρβάρου εἰς Χαλκηδόνα, ἵνα τὸν Σάρβαρον ἀποκτείνῃ, καὶ τὸν λαὸν ἀναλαβόμενος, ἀπέλθῃ εἰς Περσίδα. ὁ δὲ τὰ γράμματα κομίζων, συλλαμβάνεται περὶ τὴν Γαλατίαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, οἵ τινες εἰς τὸ Βυζάντιον αὐτὸν C ἀπήγαγον, πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ παραχρῆμα μεταπέμπεται Σάρβαρον, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ τὴν πρὸς Καρδαρίγαν ἐπιστολήν. ὁ δὲ πληροφορηθεὶς, ποιεῖ συνθήκας μετὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου. καὶ φαλσεύσας τὴν ἐπιστολὴν Χοσρόου, ἐντίθησι σὺν αὐτῷ καὶ ἄλλους τετρακοσίους σατράπας καὶ ἄρχοντας τε χιλιάρχους ἀποκτανθῆναι. συναθροίσας οὖν ἅπαντας, τε τὸν Καρδαρίγαν, καὶ ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἔφη τῷ Καρδαρίγᾳ. συνορᾷς τοῦτο ποιῆσαι; οἱ δὲ ἄρχοντες θυμοῦ πλησθέντες, τὸν Χοσρόην ἀπεκήρυττον. πρὸς δὲ τὸν βασιλέα συνθήκας ἐποίησαν εἰρηνικὰς, ἵνα μηδὲν λυμηνάμενοι, ἐπὶ τὰ ἴδια ἀπέλθωσιν. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἔγραψε τῷ Χοσρόῃ περὶ εἰρήνης· ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο, καὶ διὰ τοῦτο ὁ D λαὸς ἐμίσησε τὸν Χοσρόην. ὃς πάλιν ἐστράτευσε τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ ἀπέστειλεν ἑνωθῆναι τῷ στρατῷ τοῦ Ῥαζάτου, καὶ στῆναι εἰς τὸν Ναρβᾶ ποταμὸν, καὶ ἅμα τῷ περάσαι τὸν βασιλέα κόψωσι τὰς γεφύρας. ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς, ἀνέρχεται εἰς τὸ Σιαζοὺρ, καὶ ἐμπιπρᾷ πᾶσαν τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις. προσέῤῥυη δὲ αὐτῷ Γουνδουσούνδος ὁ χιλίαρχος Σαρβάρου, καὶ ἄλλοι πολλοί· οἱ τε εἶπον τῷ βασιλεῖ, ὅτι ὁ Χοσρόης μέλλει στέψαι τὸν ὕστατον υἱὸν αὐτοῦ Μερδασάν· καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ πρῶτος E υἱὸς αὐτοῦ Σιρόης, οὐ κατεδέξατο· ἀλλὰ προσλαβόμενος ἐμὲ καὶ ἄλλους κβ. κόμητας καὶ πλῆθος λαοῦ, εἰ μὲν δυνηθείημεν ἀποκτεῖναι Χοσρόην, χάρις· εἰ δ᾽ οὐ, πάντες προσρυῶμεν τῇ βασιλείᾳ σου. ταῦτα ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ φιλοτιμησάμενος αὐτὸν, πάλιν πρὸς Σιρόην ἀπέστειλε δηλώσας αὐτῷ, ἀνοῖξαι τὰς φυλακὰς, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐξαγαγεῖν, καὶ δοῦναι αὐτοῖς ὅπλα, καὶ ὑπὸ κατὰ Χοσρόου κινῆσαι. ὁ δὲ Σι-

ρόης ὕπνῳ ποιήσας, ἐπῆλθε τῷ πατροκτόνῳ πατρὶ Χοσρόῃ· καὶ κρατήσας αὐτὸν, καὶ κλοιὰ περιθεὶς, εἰς σκοτεινὸν κατέκλεισε, καὶ ἄρτον ὀλίγον καὶ ὕδωρ διδοὺς αὐτῷ, ἐλιμαγχόνησεν αὐτόν. ἀπέστελλε δὲ πάντας τοὺς σατράπας, καὶ ἐνέπτυον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. τοὺς δὲ υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ τέκνα αὐτοῦ, ἐνώπιον αὐτοῦ κατέσφαξε. μεθ' ἡμέρας δὲ ιε'. καὶ αὐτὸν τόξοις ἀνεῖλε. τότε γράφει Σιρόης πρὸς Ἡράκλειον τὴν τοῦ μιαροῦ Χοσρόου ἀναίρεσιν, καὶ εἰρήνην αἰωνίαν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος. πάντας τοὺς ἐν Περσίδι αἰχμαλώτους ἀπέδωκεν αὐτῷ, σὺν τῷ πατριάρχῃ Ζαχαρίᾳ, καὶ τοῖς τιμίοις ξύλοις, τοῖς ἐξ Ἱεροσολύμων ληφθεῖσιν ὑπὸ Σαρβαραζᾶ.

Τῷ ιη'. ἔτει, εἰρήνης γενομένης μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Θεόδωρον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, μετὰ γραμμάτων, Σιρόῃ τῷ βασιλεῖ Περσῶν, καὶ ἀνθρώπων αὐτοῦ, ὅπως τοὺς ἐν Ἐδέσσῃ καὶ Παλαιστίνῃ καὶ ταῖς λοιπαῖς πόλεσι Πέρσας μετ' εἰρήνης ὑποστρέψωσιν ἐν Περσίδι, καὶ ἀβλαβῶς παρέλθωσι τὴν τῶν Ῥωμαίων γῆν. μυστικὸν δέ τι ἐνταῦθα θεωρεῖται· τὴν γὰρ κτίσιν πᾶσαν ὁ Θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε, καὶ τῇ ζ'. ἀνεπαύσατο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν ἓξ ἔτεσι τὴν Περσίδα καταπολεμήσας, τῷ ζ'. εἰρήνευσε, καὶ μετὰ χαρᾶς τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει. ὁ δὲ λαὸς τῆς πόλεως, μετὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἡρακλείου, καὶ τοῦ πατριάρχου Σεργίου, μετὰ κλάδων ἐλαιῶν, καὶ λαμπάδων τοῦτον ὑποδεξάμενοι, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ εἰς τὰ βασίλεια εἰσήγαγον.

Τῷ ιθ'. ἔτει, ἅμα ἔαρι, ἀπάρας ὁ βασιλεὺς τῆς βασιλίδος, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπορεύθη, καὶ ἀπήγαγε τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα. καὶ ἀποδοὺς τῷ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν, ἀποκατέστησε τὸν πατριάρχην Ζαχαρίαν· ἀπήλασε δὲ πάντας τοὺς Ἑβραίους τῆς ἁγίας πόλεως, ὁρίσας μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν ἀπὸ τριῶν μιλίων πλησιάζειν. τὴν Ἔδεσαν δὲ καταλαβὼν, ἀποδέδωκε τὴν ἐκκλησίαν τοῖς ὀρθοδόξοις, ὑπὸ Νεστοριανῶν κατεχομένην ἀπὸ Χοσρόου. ἐλθὼν δὲ εἰς Ἱεράπολιν, ἤκουσεν ὅτι Σιρόης τέθνηκεν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς· καὶ ἐκράτησεν Ἀδεσὴρ ὁ τούτου υἱὸς μῆνας ζ'. ὃν καὶ ἀναιρεῖ Βαραζᾶς, βασιλεύσας μῆνας ε'. τοῦτον δὲ ἀνελόντες οἱ Πέρσαι, τὴν θυγατέρα Χοσρόου Βαρὰμ στηνοῦσι βασιλίδα, ἥτις καὶ ἐκράτησε μῆνας ζ'. καὶ διαδέχεται παρὰ Ὁρμίσδα. τούτου ὑπὸ Σαρακηνῶν διωχθέντος, γίνεται ἡ βασιλεία τῶν Περσῶν ὑπὸ τοὺς Ἄραβας μέχρι τῆς σήμερον.

Τῷ κε'. ἔτει, ὄντος Ἡρακλείου ἐν Ἱεραπόλει, ἔρχεται πρὸς αὐτὸν Ἀθανάσιος ὁ πατριάρχης τῶν Ἰακωβιτῶν, δεινὸς ἀνὴρ, καὶ κακοῦργος, τῇ τῶν Σύρων ἐμφύτῳ πανουργίᾳ, καὶ κινεῖ πρὸς τὸν βασιλέα λόγους περὶ πίστεως, καὶ ὑπισχνεῖται αὐτῷ Ἡράκλειος, εἰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι Σύνοδον ἀποδέξηται, πατριάρχην αὐτὸν ποιῆσαι Ἀντιοχείας. ὁ δὲ ὑποκριθεὶς ἐδέξατο τὴν Σύνοδον, ὁμολογήσας τὰς δύο ἐν Χριστῷ ἡνωμένας φύσεις· ἠρώτησέ τε τὸν βασιλέα περὶ τῆς ἐνεργείας καὶ τῶν θελημάτων, πῶς δεῖ ταύτας λέγειν ἐν Χριστῷ διπλᾶς ἢ μοναδικάς. ὁ δὲ βασιλεὺς γράφει πρὸς Σέργιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως. προσκαλεῖται δὲ καὶ Κῦρον τὸν Φάσιδος, Μονοθελίταις ἀμφοτέροις οὖσι, καὶ

Cedren.

A ducat. Siroes ita uti monitus erat egit, patremque suum Chosroem patricidam 180
adortus cepit, numellaque imposita in tenebrosum carcerem includit, paneque exiguo & aqua præbitis fame enecat. Satrapæ quoque omnes a Siroe acciti, faciem Chosroæ conspuerunt. Filios & liberos ejus, ipso inspiciente, Siroes omnes jugulavit, atque ipsum quintodecimo post die sagittis confecit. Inde missis ad Heraclium litteris, de interitu scelerati Chosroæ nunciat, perpetuam pacem cum eo componit: & captivos, quotquot in Perside erant, omnes reddit, una cum patriarcha Zacharia, & venerandis lignis, quæ Sarbarazas Hierosolymis abstulerat.

Pax inter Persas & Romanos.

B Anno XVIII Heraclius pace inter Romanos & Persas facta, fratrem suum Theodorum cum litteris, & Persis, quos captivos habuerat, ad Siroen mittit, regem Persarum, postulans ut Persæ, qui Edessæ & in Palæstina, aliisque erant urbibus fide publica per Romanorum ditionem domum reverterentur. Hic mysticum aliquid considerare par est. Quemadmodum namque Deus sex dierum spatio omnibus rebus conditis, septima quievit: ita Heraclius sexennio debellata Perside, septimum annum pacatum egit, lætusque Constantinopolin rediit. Occurrit ei populus cum Constantino Cæ-
C sare, Heraclii F. & patriarcha Sergio, frondes oleaginas gestans, & faces: gratiisque Deo actis, exceptum in regiam deduxit.

Edit. Paris. pag. 420.

Anno XIX vere ineunte Heraclius Hierosolyma Constantinopoli proficiscitur, & avehit venerabilia ac vivifica Crucis ligna: votisque Deo persolutis, patriarcham Zachariam restituit. Omnes porro Ebræos ea urbe exigit, edicto, ne iis intra tertium milliare accedere liceret. Edessa etiam recepta, ecclesiam orthodoxis reddit, quam a Chosroa Nestoriani tenuerant. Ut Hjerapolin venit, nuncium de Siroæ Persarum regis morte accipit. Successit huic Adeser filius, & regnavit menses septem. Eum interfecit * Barrazas, regnumque men-
D ses VI se tenuit. Hunc Persæ necaverunt, & regnum filiæ Chosrois Baramæ tradiderunt, quod ea gessit menses septem. Successit ei * Hormisdas: quo a Sarracenis pulso, Persicum regnum Arabibus subjectum est, inque hunc usque diem ita manet.

Persici regni finis.

** al. Sarbaras. v. Schikard. de regib. Pers. p. 165.*

** Jasdigerdes. v. p. 170. ibid.*

Anno vigesimoquinto cum degeret Hjerapoli Heraclius, venit ad eum Athanasius Jacobitarum patriarcha, homo callidus, & (ut sunt Syri omnes natura) ad mala facinora versutia instructus. Is cum Imperatore de fide colloquitur, eique Imperator promittit, se eum, modo Chalcedonensis Concilii decreta approbet, Antiocheæ Episcopum creaturum. Athanasius id simulat, ac fatetur duas in Christo es-
E se unitas naturas, simul Heraclio quæstionem proponit de actionibus & voluntatibus, utrum eæ duplices in Christo, an vero simplices dicendæ sint. Ea de re Imperator ad Sergium Constantinopolitanum, & Cyrum Phasidis episcopum scribit. quorum cum uterque a secta Monothelitarum esset, hoc est, eorum qui unicam Christo voluntatem adsignant, invenit eos idem cum Atha- 181

Heraclius Monotheletica hæresi corrumpitur.

nasio sentire. Quorum sententiam cum ad Joannem Papam Romanum perferiberet, est hæc ab eo improbata. Interim Georgio Alexandreæ episcopo mortuo, Cyrus sufficitur. Hic in societatem adscito Theodoro Pharaneo episcopo, unitionem illam aqua submergendam constituit, unicam Christo naturalem actionem decernens. Hoc rerum statu Sophronius Hierosolymorum episcopus deligitur. Hic convocatis episcopis, quibus præerat, decretum Monothelitarum condemnat: actaque concilii sui ad Sergium Constantinopolis, & Joannem Romæ episcopos mittit. His auditis Heraclius pudore affectus, cum neque sua rescindere vellet, & exprobrationes non sustineret,

Edit. Paris. pag. 421.

edicto sancit, Ne vel unicam, vel duas in Christo actiones quisquam confiteatur. Sergio mortuo, Pyrrhus episcopatui Constantinopolitano præficitur. Et Joannes Papa Romanus synodo congregata, Monothelitarum hæresin detestatur. Idem factum in Africa, Byzaca, Numidia, Mauritania. Joanni Papæ Romæ mortuo, Theodorus subrogatur. Constantinopolitano autem episcopatui Paulus præponitur, ipse quoque hæreticus.

182 Sub Theodoro illo Romæ actæ sunt causæ Pyrrhi & S. Maximi, discipulorum ejus: & Martini, sanctissimi Papæ Romæ, qui Joanni successit, & Chersonem fuit relegatus. Hujus successor Agatho, Monothelitas damnat. Enimvero ad hunc modum ecclesia & ab regibus & ab impiis sacrorum antistitibus conturbata, erexit se Amalecus solitudinis cultor, feriens nos, qui populos Christi sumus. Prima clades tunc accidit Romani exercitus ad Gabithanem & Jermuchamum, sanguinisque effusio injusta. Deinde Palæstini, Cæsareenses, & Hierosolymitani capti sunt. Post Ægypti subsecutum excidium: ac deinceps mediterranea, insulæ, omnisque Romania dirio in potestatem hostium venerunt. Additur his Romani exercitus ac classis in Phœnicia interitus, omniumque Christianorum populorum & locorum evastationes. quarum finis nullus fuit, donec ecclesiæ persecutor infelici morte affectus est, occisus in Sicilia, in balneo Daphnes.

De Mahometo, seu Moamedo.

Anno XXI, extinctus est Moamedus Sarracenorum dux, qui se vatem falso perhibuerat, mandata rei summa cognato suo Abubachari. Cæterum Ebræi, in errorem abducti ii, cum primum ille extitit, existimarunt esse eum Messiam, quem ipsi expectabant: adeo quidem, ut decem numero viri inter eos primarii ad Moamedum se contulerint: desertaque Mosis, cui se videndum Deus præbuerat, religione, ipsius amplexi superstitiosam imperarem, usque ad cædem ejus ipsi adhæserint. verum hi videntes eum carne cameli vesci, senserunt non esse id quod opinati fuerant. Res ipsa postulare videtur, ut de origine ejus dicam.

Moamedus, qui & Muchumetl nomen gerit, genere ac tribu Ismaelita fuit, ad Ismaelum Abrahami F. genus referens. Nam ab omnibus illis princeps creatus fuit Nizarus, unus de Ismaeli posteris. Is duos procreavit F. Mudarum & Rabiam. Mudaro geniti sunt Cusarus, Caitus, Themines, Astadonus, aliiq; aliqui, quorum nomina non extant. Iis tum forte

A δρων αὐτοὺς ὁμόφρονας Ἀθανασίου. γράφει οὖν πρὸς Ἰωάννην τὸν πάπα Ῥώμης, ἀμφοτέρων τὴν γνώμην. ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο. Γεωργίου δὲ τοῦ Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος, Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας γίνεται. καὶ ἑνωθεὶς Θεοδώρῳ τῷ ἐπισκόπῳ Φαρὰν, ἐποίησαν τὴν ὑδροβαφῆ ἐκείνην ἕνωσιν, μίαν καὶ αὐτοὶ γράψαντες ἐν Χριστῷ φυσικὴν ἐνέργειαν. ἐν τούτοις ὄντων τῶν πραγμάτων, Σωφρόνιος χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων· καὶ συναθροίσας τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους τὸ Μονοθέλητον δόγμα ἀναθεμάτισε, καὶ συνοδικῶς Σεργίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Ῥώμης ἀπέστειλεν. ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἡράκλειος, ᾐσχύνθη, καὶ καταλῦσαι μὲν τὰ

B οἰκεῖα οὐκ ἠθέλησε· καὶ πάλιν τὸν ὀνειδισμὸν μὴ φέρων, ἐκτίθεται ἴδικτον, περιέχον, μήτε μίαν, μήτε δύο ἐνεργείας ὁμολογεῖν ἐν Χριστῷ. μετὰ δὲ τελευτὴν Σεργίου, Πύῤῥος τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως διεδέξατο. Ἰωάννης δὲ ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος σύνοδον ἀθροίσας, τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισεν. ὁμοίως καὶ ἐν Ἀφρικῇ, καὶ Βυζάκῃ, καὶ Νουμιδίᾳ, καὶ Μαυριτανίᾳ. Ἰωάννου δὲ τοῦ Ῥώμης κοιμηθέντος, Θεόδωρος χειροτονεῖται πάπας ἀντ' αὐτοῦ. ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ Παῦλος χειροτονεῖται, καὶ αὐτὸς αἱρετικός. ἐπὶ αὐτοῦ Θεοδώρου τοῦ πάπα Ῥώμης, τὰ κατὰ Πύῤῥον ἐν Ῥώμῃ γενόμενα, καὶ τὸν ἅγιον Μάξιμον, τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ Μαρτῖνον τὸν ἁγιώ-

C τατον πάπαν Ῥώμης, τὸν μετὰ Ἰωάννην γενόμενον, καὶ ἐν Χερσῶνι ἐξορισθέντα, ἐπράχθησαν. τοῦτον Ἀγάθων διαδεξάμενος, τὸ Μονοθέλητον ἀποκηρύττει. ὅπω τότε ὑπό τε τῶν βασιλέων καὶ τῶν δυσσεβῶν ἱερέων τῆς ἐκκλησίας ταραττομένης, ἀνίστη ὁ ἐρημικὸς Ἀμαλὴκ, τύπτων ἡμᾶς, τὸν τοῦ Χριστοῦ λαόν. καὶ γίνεται πρώτη πτῶσις τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ, ἡ κατὰ τὸ Γαβιθὰν καὶ Ἱερμυχὰμ, καὶ ἡ ἄθεσμος αἱματεκχυσία. μεθ' ἣν ἡ Παλαιστινῶν καὶ Καισαρέων καὶ Ἱεροσολυμιτῶν ἅλωσις· εἶτα ὁ Αἰγύπτιος ὄλεθρος, καὶ καθεξῆς ἡ τῶν μεσογείων, καὶ νήσων, καὶ πάσης Ῥωμανίας αἰχμαλωσία, καὶ ἡ ἐν Φοινίκῃ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ καὶ στόλου ἀπώλεια, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν λαῶν καὶ τόπων ἐρημώσεις· αἳ τινες οὐκ ἐπαύσαντο, ἄχρις

D ἂν ὁ τῆς ἐκκλησίας διώκτης ἐν Σικελίᾳ κακῶς ἀνῃρέθη, ἐν τῷ βαλανείῳ τῆς Δάφνης.

Τῷ κα'. ἔτει ἀπεβίω Μουάμεδ, ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγὸς, ψευδοπροφήτης· προχειρισάμενος Ἀβυβάχαρ τὸν συγγενῆ αὐτοῦ. οἱ δὲ πεπλανημένοι Ἑβραῖοι ἐν ἀρχῇ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι τὸν παρ' αὐτοῖς προσδοκώμενον Χριστόν· ὡς καί τινας τὸν ἀριθμὸν δέκα προὔχοντας αὐτῶν προσελθεῖν αὐτῷ, ἀφεῖναί τε τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως, καὶ δέξασθαι τὴν αὐτοῦ θρησκείαν, καὶ σὺν αὐτῷ διάγειν μέχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ. θεωράσαντες δὲ αὐτὸν ἐσθίοντα ἀπὸ καμήλου, ἔγνωσαν ὅτι οὐκ ἔστιν

E αὐτὸς ὃν ἐνόμισαν. ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν περὶ τῆς τούτου γενεᾶς.

Οὗτος ὁ Μουάμεδ, ὁ καὶ Μουχούμετ, ἐξ Ἰσμαὴλ ἦν τοῦ τὴν φυλὴν κατάγων, υἱοῦ Ἀβραάμ. Νίζαρος γὰρ ὁ τοῦ Ἰσμαὴλ ἀπόγονος, περὶ πάντων αὐτῶν ἀναγορεύεται. οὗτος οὖν γεννᾷ υἱοὺς δύο, Μούδαρον καὶ Ῥαβίαν. ὁ δὲ Μούδαρος τίκτει Κούσαρον, καὶ Καΐτον, καὶ Θεμίμην, καὶ Ασαδὲν, καὶ ἄλλους τινὰς ἀνωνύμους. οἱ

τὴν Μαδιὰμ καὶ τὴν ἔρημον κληρωσάμενοι, ἐκτηνοτρόφουν ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες· εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ἐνδότεροι αὐτῶν ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ιεκτὰν, οἱ λεγόμενοι Αμανῖται, τουτέστιν Ομηρῖται, οἳ καὶ ἔμποροι. ἄπορος δὲ ὄντος τοῦ Μουάμεδ, εἰσῆλθε πρός τινα γυναῖκα πλουσίαν, συγγενίδα αὐτοῦ ὀνόματι Χαδιχᾶν, μισθωτὸς ἐπὶ τῷ καμηλεύειν καὶ πραγματεύεσθαι. κατολίγον δὲ παρρησιασάμενος, ὑπεισῆλθε τῇ γυναικὶ χήρᾳ οὔσῃ, καὶ ἔλαβεν αὐτὴν γυναῖκα. ἐρχόμενος δὲ ἐν Παλαιστίνῃ, συνανεστρέφετο Ιουδαίοις καὶ Χριστιανοῖς, καὶ ἐθήρα ἐξ αὐτῶν τινὰ γραφικά. ἐπεὶ δὲ δαιμονῶν ἦν, ἐνόσησε δὲ τὴν ἐπιληψίαν, (ἐθεράπευε τὴν γυναῖκα λυπουμένην σφόδρα, ὅτι οὖσα εὐγενὴς, καὶ ὅτι συνήφθη τοιούτῳ ἀπόρῳ καὶ δαιμονιῶντι) λέγων, ἀγγέλου ὀπτασίαν λεγομένου Γαβριὴλ θεωρῶ, καὶ πίπτω. αὕτη δὲ ἔχουσα μοναχὸν, διὰ κακοπιστίαν ἐξόριστον ἐκεῖσε ὄντα, φίλον αὐτῆς, ἀνήγγειλεν αὐτῷ πάντα, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀγγέλου· κἀκεῖνος θέλων πληροφορῆσαι αὐτὴν, εἶπεν, ὅτι ἀληθῶς λέγει· οὗτος γὰρ ὁ ἄγγελος πέμπεται πρὸς πάντα προφήτην. καὶ αὐτὴ πιστεύσασα τῷ λόγῳ τοῦ ψευδαββᾶ, ἐκήρυξε καὶ ἄλλαις γυναιξὶν ὁμοφύλοις αὐτῆς, καὶ οὕτως ἐκ γυναικῶν ἦλθεν εἰς ἄνδρας. καὶ πρῶτον Αβουβάχαρ διάδοχον κατέλιπε· καὶ ἐκράτησεν ἡ αἵρεσις αὐτοῦ τὰ μέρη τοῦ Αἰθρίβου, ἕως τοῦ ἐσχάτου πολέμου, πρώην μὲν κρυπτῶς ἔτη δέκα, καὶ διὰ πολέμου ὁμοίως δέκα, καὶ φανερῶς θ'. οὗτος ὁ θεομιστὴς καὶ ἐμβρόντητος, περιτυχὼν Εβραίοις, καὶ Αρειανοῖς, καὶ Νεστοριανοῖς, καὶ πάντοθεν ἐρανισάμενος, ἐξ Ιουδαίων μὲν μοναρχίαν, ἐξ Αρειανῶν δὲ λόγον καὶ πνεῦμα κτιστὰ, ἀπὸ δὲ Νεστοριανῶν ἀνθρωπολατρείαν, ἑαυτῷ θρησκείαν περιποιεῖται· καὶ προφάσει θεογνωσίας οἰκειωσάμενος τὸ ἔθνος, ἐδίδαξεν αὐτοὺς περιτέμνεσθαι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας· καὶ ἕνα μόνον προσκυνεῖν Θεόν· τὸν δὲ Χριστὸν τιμᾶν ὡς Λόγον Θεοῦ, οὐχ ὡς υἱὸν δὲ, ἀλλ' ὡς ἐκ πνεύματος ἁγίου γεγεννημένον· Λόγον δὲ καὶ πνεῦμα προφορικὸν, καὶ εἰς ἀέρα χεόμενον ὑπονοεῖν, οὐκ ἐνυπόστατα, οὐδὲ τῷ γεννήτορι ὁμοούσια. τὴν δὲ ἁγίαν παρθένον Μαρίαν μὴ λέγειν Θεοτόκον, ἀλλὰ τὴν Ααρὼν καὶ Μωσέως ἀδελφήν. μηδὲ βαπτίζεσθαι, μηδὲ σαββατίζειν, μήτε δὲ τοῖς νομικοῖς ἢ εὐαγγελικοῖς ἔθεσιν ἐπακολουθεῖν· ἀλλὰ βδελύττεσθαι τὸν σταυρὸν, καὶ τὴν σκιὰν ἐσταυρῶσθαι τοῦ Χριστοῦ ὁμολογεῖν. παρηγγυήσατο δὲ αὐτοῖς καὶ τῶν καθόλου ἀπηγορευμένων τῷ νόμῳ μετέχειν, πλὴν κρεῶν χοιρείων. οἴνῳ δὲ παντάπασι μὴ χρῆσθαι. τοιοῦτόν τε μυθευσάμενος, ἑαυτόν φησι κλειδοῦχον γεγενῆσθαι τοῦ παραδείσου. καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, μετὰ τὸ παραστῆναι τὸν Μωσέα σὺν τοῖς Ισραηλίταις, καὶ ὡς παραβάτας τοῦ νόμου τῇ κολάσει τοῦ πυρὸς παραδοθῆναι, αὖθις Ιησοῦν παραστῆναι· καὶ ἀρνησάμενον ἔμπροσθεν Θεοῦ, ὅτι οὐκ εἶπεν ἑαυτὸν εἶναι υἱὸν Θεοῦ. τοὺς δὲ Χριστιανοὺς ὡς τοιοῦτον τολμήσαντας προσρῖψαι τῷ Χριστῷ ὄνομα, καὶ Θεὸν αὐτὸν, καὶ υἱὸν Θεοῦ, καὶ Λόγον σεσαρκωμένον, καὶ σταυρωθέντα δογματίσαντας, τῇ τοῦ πυρὸς γεέννῃ παραδοθῆναι. εἶτα ἑαυτόν φησιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεκλῆσθαι

A obtigisset Madianicum solum & solitudo, *Edit. Paris. pag. 422.* in tabernaculis vitam tolerantes pecuariæ rei studuerunt. Interiores iis ex Jectani tribu sunt, qui Amanitæ appellantur: quod valet Homeritas, & negotiatores. Moamedus autem cum esset pauper, mercede operam suam locavit cuidam suæ gentili mulieri locupleti, nomine Chaida, ut camelos pasceret, eaque re lucrum quæreret. Paulatim autem liberiore ejus usus consuetudine, ut erat vidua, se in gratiam ejus insinuavit, uxoremque adeo eam duxit. Profectus porro in Palæstinam, inter Judæos ac Christianos versatus est, & quædam de sacris litteris venatus. cum autem & a dæmone exagi- B taretur, & comitiali morbo laboraret, uxorem suam (quæ gravem ex eo capiebat dolorem, quod nobilis ipsa, egeno & dæmonis vexationibus obnoxio homini nupsisset) ita demulsit, quod diceret, se ad conspectum angeli Gabrieli sibi apparentis concidere. Erat amicus ei mulieri monachus quidam, qui ob falsam fidem relegatus ibi vivebat. huic mulier totam rem aperit, angeli etiam nomine prolato. Is autem monachus, uti opinionem eam prorsus in animo mulieris confirmaret, vere Moamedum hæc dicere ait: eum enim angelum ad quemvis vatem mitti. Mulier fidem verbis impostoris illius monachi habens, aliis suis gentilibus mulieribus fabulam narravit: ab his porro ad viros ea emanavit. Primum successorem Moamedus C reliquit Abubacharem. Obtinuitque ea hæresis in partibus Æthribi, usque ad bellum postremum, primo decennium occulte, aliud inde bello: & aperte novem annos. Invisus ille Deo, ac væsanus Moamedus, Ebræorum, Arianorum & Nestorianorum utens consuetudine, atque undique aliquid stipis corradens, a Judæis sumpta de uno Deo doctrina, ab Arianis Verbo & spiritu creatis, a Nestorianis cultu divino hominibus exhibendo, novam sibi religionem confinxit, ac sub prætextu cognitionis divinæ populi animis sibi devinctis, auctor iis fuit, ut cum mares tum fœminæ circumciderentur: Ut unum tantum Deum adorarent: Ut Christum venerarentur, non quasi filium, sed tantum pro verbo Dei, D nato ex Spiritu S. Ut verbum, & Spiritum quod profertur & in aerem effunditur opinarentur, non quæ in divina subsisterent essentia, aut ejusdem cum genitore essent naturæ: Ne beatam Mariam dicerent Dei genitricem, sed sororem Mosis & Aaronis: Ne baptizarentur, aut sabbatum agerent: neque legis Evangeliive instituta tenerent, sed crucem abominarentur, umbramque Christi in crucem actam faterentur. Quin & omnium eorum usum iis concessit, quibus Lex inter- *pag. 423.* dicit, excepta porci carne. Vino prorsus abstinere jussit. Porro autem fabulam talem commentus est. Sibi ait claves paradisi commissas fuisse. die judicii, post- E quam Moses cum Israelitis ad tribunal adstitit, & ii ut qui Legem violassent flammæ supplicii addicti fuerunt, rursum Jesum se stitisse, ac coram Deo negasse, umquam se nomen filii Dei sibi arrogasse. Ideo Christianos, qui talem Christo titulum imponere ausi fuissent, eumque Deum, Dei filium & verbum incarnatum ac crucifixum pronunciassent, in gehennam ignis deditos. Secundum hæc se a Deo vocatum fuisse ad-

modum pium, & laudatum, qui toti genti pietatis auctor esset: ideoque claves paradisi sibi mandatas. Postquam paradisum aperuisset, secum intrasse septuaginta millia hominum, qui eo pergere valuissent. reliquos judicatum iri. Jam justos voluptate extra ullam controversiam frui: quos vero deprehensum sit peccasse, eos ad colla sua pittaciis alligatis in paradisum intrare, vocarique libertos Dei, ac Muchumeti. Præterea nugatur in paradiso tres esse paradisos, unum mellis, alium lactis, vini tertium: & iis impleri licere. una esse mulieres, ac comas ornare, & corpora voluptatibus dedita colere. Judæos & Christianos ligna ad ignem fovendum factos esse. relictos Samaritas, ut fimum ex paradiso egerant, ne fætor in eo existat. Quemvis, qualem vitam egerit in opibus, paupertie, aut infamia, sic & istic habere. Ad hæc, prodigiose nugatus est, omnis & boni & mali Deum esse auctorem. latrones, veneficos, aliosque vetiti facinoris convictos, a Deo ad hoc certo consilio destinatos fuisse, ut sic morerentur. Miretur sane aliquis tantam Deo repugnantis atque vani hominis imposturam, quæ tanto tempore centum duravit: aut extremam potius ac belluinam eorum dementiam, qui in hunc usque diem ejus fallaciis mancipati sunt, ac pro divina eam & valida re ducunt. Excæcati enim & fatui homines, veram, sacram, ac divinitus traditam Fidem caligantibus animi oculis prætereunt, falso autem nomine insignitam religionem, commentaque præstigiatoris istius amplectuntur miseri atque stupidi. Ac verum quidem Deum, quem Lex & Vates divini perspicue prædicaverunt, eique fidem habuerunt, illi repudiant atque improbant: Deo autem adversum, insanum, palamque a furiis exagitatum, & earum instinctu loquentem, væsani atque rabiosi cum gaudio amplectuntur. *Edit. Paris. pag. 454.* Quæ enim a Deo inspirata Scriptura de impio & væcorde Muchumeto aliquid præcepit? aut quis divinorum vatum eum pietatis doctorem fore prædixit? Respondeant mihi isti omnis sacræ inspirationis & initiationis exortes, cur, cum omnes jam inde ab Adamo usque ad Christi adventum vates non inviti agnoscant, interim Christum Deum de quo illi perspicue vaticinati sunt, abnegent: pessimum autem illum & vitiosum hominem, cujus nulla prorsus ab iis facta est mentio, pro sacræ religionis initiatore, præstantissimoque verissimæ fidei magistro existiment, ac tamquam benefactori divinos honores deferant, impii ipsi atque infandi. Examinent furiosi isti ac rerum discrimina confundentes, impia & rabiosa illius deliria, & explicent qui cum sacris oraculis ea conveniant. Nam sacræ litteræ docent, Deum nullius esse mali causam: hominem sua voluntate sibi vel salutem parare, vel exitium. At miserrimus ille, omnibusque modis detestandus, & implacabilis Dei hominumque hostis Muchumetus, a pravissimo & multitudinis decipiendæ artifice dæmone inspiratus atque agitatus, omnis & boni & mali auctorem Deum audacter pronuntiat: atque omnia quæcumque homini eveniunt vel diaboli fraude, vel sua ipsius

A μάλα θεοσεβῆ, ὡς τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους αἴτιον θεοσεβείας ὑπάρξοντα ἐπαινεῖσθαι· καὶ τούτου χάριν κλειδοῦχον τοῦ παραδείσου γεγενῆσθαι· καί γε μετὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ τὸν παράδεισον ἀνοιχθῆναι, συνεισελθεῖν αὐτῷ ἑβδομήκοντα χιλιάδας, τοὺς δυναμένους ἐφορμῆσαι πρὸς τοῦτο. τοὺς δὲ λοιποὺς κριθήσεσθαι φάσκει. καὶ τοὺς μὲν δικαίους ἀναμφιβόλως τῆς τρυφῆς ἀπολαῦσαι· τοὺς δὲ εὑρισκομένους ἁμαρτωλοὺς, πιττάκια ἐν τοῖς τραχήλοις περιέχοντας δεδεμένα, εἰς τὸν παράδεισον αὐτοὺς εἰσελθεῖν, καὶ τούτους ὀνομάζεσθαι ἀπελευθέρους τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Μουχούμετ. εἶναι δὲ τρεῖς παραδείσους ἐν τῷ παραδείσῳ φλυαρεῖ, ἕνα μέλιτος, καὶ ἕτερον γάλακτος, καὶ ἕτερον οἴνου, πρὸς τὸ μετ' ἐξουσίας ἐμπιπλᾶσθαι αὐτῶν. τὰς δὲ γυναῖκας αὐτοῖς συνεῖναι, B καὶ φιλοκαλεῖν τὰς κόμας αὐτῶν, καὶ θεραπεύειν τὰ φιλήδονα σώματα. τοὺς δὲ Ἰουδαίους καὶ Χριστιανοὺς ξύλα τοῦ πυρὸς γενομένους, ὑπολειφθῆναι τοὺς Σαμαρείτας λέγων πρὸς τὸ ἐκφέρειν τὴν κόπρον αὐτῶν ἐκ τοῦ παραδείσου, ὅπως μὴ ἐποζέσῃ ὁ παράδεισος. ἕκαστον δὲ ὡς ἂν ἐβίω, εἴτ' ἐν πλούτῳ, ἢ πενίᾳ καὶ ἀδοξίᾳ, τὸν αὐτὸν κἀκεῖσε διάγειν τρόπον. οὗτος οὖν ὁ θεοστυγὴς καὶ παμμίαρος, παντὸς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὸν Θεὸν αἴτιον ὑπάρχειν ἐτερατολόγησε· καὶ τοὺς λῃστὰς καὶ φαρμακοὺς, καὶ τοὺς ἄλλαις ἀπηγορευμέναις πράξεσιν ἁλόντας, οὕτω (φλυαρεῖ ὁ ἄθεος) ἔγραψεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ προώρισεν ἀποθανεῖν αὐτούς. θαυμάσειε δ' ἄν τις τὴν τοσαύτην καὶ τηλικαύτην διαρκῆ ἀπάτην τοῦ θεομάχου καὶ ματαιόφρονος· μᾶλλον δὲ ἐσχάτην C παράνοιαν καὶ ἀνοιωδίαν, τῶν μέχρι νῦν τῇ τούτου πλάνῃ δεδουλωμένων, καὶ ὡς ἰσχυρὰν καὶ θείαν ἀφρόνως ταύτην ἡγουμένων. πρὸς γὰρ τὴν ὄντως ἀληθῆ τε καὶ ἱερὰν καὶ θεοβράβευτον πίστιν ἐναργῶς ἀποτυφλώττουσιν οἱ ἐσκοτισμένοι, καὶ ἀσύνετοι· πρὸς δὲ τὴν ψευδώνυμον λατρείαν καὶ πλαστολογίαν τοῦ φένακος προσέχουσιν οἱ δείλαιοι καὶ βαρυκάρδιοι. τὸν γὰρ ὄντως ὄντα Θεὸν, τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐκδήλως κηρυττόμενόν τε καὶ πιστευόμενον ἀπωθούμενοι καὶ καταψηφιζόμενοι, τὸν ἀντίθεον καὶ μεμηνότα, καὶ φανερῶς ὑπὸ τῶν ἐριννύων ἐνεργούμενον, καὶ φθεγγόμενον, οἱ κακόφρονες καὶ λυσσώδεις ἐρασμίως καὶ γεγηθότως προσίενται. ποία γὰρ θεόπνευστος γραφὴ περὶ τοῦ δυσσεβοῦς καὶ παραπαίοντος Μουχούμετ προδιεστείλατο; ἢ ποῖος θεσπέσιος αὐτὸν προφή-D της ὡς διδάσκαλον εὐσεβείας προανήγγειλεν; εἰπάτωσαν οἱ ἀμέτοχοι πάσης ἱερᾶς ἐπινοίας καὶ μυήσεως, πῶς τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ μέχρι τῆς Χριστοῦ παρουσίας προφήτας ἀσμένως δῆθεν ἀποδεχόμενοι, τὸν μὲν ὑπ' αὐτῶν διαρρήδην προκαταφωνούμενον Χριστὸν τὸν Θεὸν ἀρνοῦνται; τὸν δὲ κάκιστον καὶ μοχθηρὸν, καὶ μηδὲ τὸ σύνολον ὑπ' αὐτῶν μνημονευόμενον, ὡς θεομύστην καὶ ἐξοχώτατον, καὶ ἀληθεστάτης πίστεως διδάσκαλον ἀποδέχονται, καὶ ὡς εὐεργέτην ἐκθειάζουσιν οἱ ἀνόσιοι καὶ δυσώνυμοι; ἀνακρινέτωσαν δὲ οἱ ἀδιάκριτοι καὶ μανιώδεις, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ μανιωδῶς καὶ δυσσεβῶς ῥηθέντα ληρήματα, καὶ λεγέτωσαν ποίαν συμφωνίαν ἔχουσι E τὰ θεοπαράδοτα λόγια; ὁ μὲν γὰρ θεῖος λόγος ἀναφανδὸν διδάσκει, τὸν Θεὸν ὑπάρχειν ἀναίτιον παντὸς κακοῦ, καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτεξούσιον εἶναι τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας καὶ ἀπωλείας· ὁ δὲ τρισάθλιος καὶ τρισκατάρατος, καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἄσπονδος ἐχθρὸς, ἐκ σκαιοτέρου καὶ λαοπλάνου δαίμονος ἐνηχούμενος καὶ ἐνεργούμενος, παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ τὸν Θεὸν αἴτιον τολμηρῶς ἀποφθέγγεται· καὶ πᾶν ὅπερ ἂν ἐπέλ-

θεν τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν ἐξ ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ, κἂν ἐξ οἰκείας ῥᾳθυμίας καὶ ἀβελτηρίας, τῆς θείας τοῦτο τυγχάνειν προνοίας ὁ ἀλιτήριος ἀποφαίνεται. καὶ ὁ μὲν περιφρονεῖν πλούτου, καὶ ταπεινοφρονεῖν, καὶ τὸν ἐνήδονον βίον ἀποσείεσθαι, καὶ μὴ ἀποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ παρακελεύεται. ὁ δὲ πλουτεῖν καὶ ὑψηλοφρονεῖν, καὶ πᾶσαν ἡδονὴν ἐκ περιουσίας ἀσπάζεσθαι, καὶ ἀντεπεξιέναι σφόδρα τοῖς ἀντιπίπτουσιν ὡς ψυχικὸν σωτήριον καὶ τοῦ παραδείσου πρόξενον. ἀλλ' ὢ τῆς ἀνοίας καὶ παραπληξίας καὶ χλεύης τοῦ γόητος καὶ παλαμναίου, καὶ τῆς παραφροσύνης καὶ ἀπωλείας τῶν παρ' αὐτοῦ δεινῶς ἐξανδραποδισθέντων, καὶ μέχρι νῦν παρασυρομένων καὶ ἀπατωμένων. οὐδὲ γὰρ συνιᾶσιν οἱ ἄγαν μοχθηροὶ καὶ θηριώδεις, καὶ λίαν ἀσύνετοι, εἰς οἷον χαλεπὸν χάος, καὶ σατανικὴν χάρυβδιν κατεποντίσθησαν, καὶ τέλεον κατεπόθησαν, καὶ ὡς οἵους ἀφύκτους καὶ ἀδιεξοδεύτους λαβυρίνθους καὶ δυσβάτους ἀτραποὺς καὶ ψυχοφθόρους φενακισθέντες ἐλεεινῶς ἐξεκυλίσθησαν, καὶ συνεχίσθησαν ὑποφθαρέντες εἰς τέλος. διὸ καὶ θαυμάζειν λίαν ἐπεισί μοι τὴν τοσαύτην ἀλογίαν καὶ ἀναισθησίαν αὐτῶν, καίπερ οἰομένων ἐντρεχεστάτους ἑαυτοὺς εἶναι καὶ λογιωτάτους, πῶς οὐ κατανοοῦσι τῆς κενῆς ἀπάτης αὐτῶν τὸν ὄλισθον; ἔδει γάρ, ἔδει τοὺς οὕτως ἄφρονας καὶ βοσκηματώδεις ἐπιγνῶναι τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτῶν πρόδηλον καὶ μιαρὸν βρόχον, ὅτι περὶ τῆς βρώσεως καὶ πόσεως ἐν μεθυσίᾳ τυγχάνοντες, ἄφθαρτοι καθόλου καὶ ἀθάνατοι διαμένουσι. καὶ πόθεν καὶ πῶς λοιπὸν τὴν ἀποκαραδοκουμένην ζωὴν αἰώνιον καὶ ἀκήρατον τοῖς πιστοῖς, κατὰ τὰς θείας γραφάς, οἱ θνητοὶ καὶ ψυχῇ καὶ σώματι τεύξονται; καὶ πρὸς τούτῳ, ἴστωσαν οἱ ἀλόγιστοι καὶ τάλανες, ὡς οὐδέπω μέχρι καὶ τήμερον τῆς παλαιᾶς αὐτῶν καὶ ἀθέου πλάνης ἀπηλλάγησαν. ἀλλ' ἐν προσχήματι θεοσεβείας εἰδωλολατροῦσι λεληθότως, καὶ τὸν ἐγκεκρυμμένον τῇ θρησκείᾳ αὐτῶν δόλον τοῦ ἀρχεκάκου δαίμονος οὐδόλως οἱ ἀνόητοι καὶ ἀπόπληκτοι ἐπιγινώσκουσι. πάλαι μὲν γὰρ εἰδωλολατροῦντες, καὶ τῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτῃ λεγομένῃ, τουτέστι τῇ ἡδονῇ θρησκεύοντες, καὶ τὸν ἀστέρα ταύτης τὸν ἑωσφόρον εἶναι μυθολογοῦσιν, ἣν δὴ καὶ Κουβὰρ τῇ ἑαυτῶν καινεμφάτῳ γλώσσῃ ἐπονομάσαντες, ὅπερ ἐστὶ μεγάλη, διέμειναν ἕως ἄρτι τὴν ἀφροδίτην Θεὸν ὀνομάζοντες. ἵνα δὲ μὴ δόξωμέν τισι ψευδολογεῖν, σαφηνίσωμεν τὸ μέγα αὐτῶν μυστήριον. ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν καὶ παμβεβήλου προσευχῆς οὕτως· ἀλλᾶ, ἀλλᾶ, οὐὰ κουβάρ, ἀλλᾶ. καὶ τὸ μὲν ἀλλᾶ, ἀλλᾶ, ἑρμηνεύεται ὁ Θεός, ὁ Θεός. τὸ δὲ οὐά, μεῖζον. τὸ δὲ κουβάρ, μεγάλη, ἤτοι σελήνη καὶ ἀφροδίτη. ὅπερ ἐστὶν οὕτως, ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μείζων καὶ ἡ μεγάλη, εἴτ' οὖν Ἀφροδίτη Θεός. καὶ τοῦτο σαφηνίζει ἡ ἐπαγωγὴ τοῦ τελευταίου ἀλλᾶ· ἅπερ ἅπαντα ἐπικεκρυμμένως τῇ ἰδιότητι τῆς ἑαυτῶν γλώττης λαλοῦσιν. ἀλλὰ τοὺς μὲν χοιρώδεις καὶ τελματώδεις, καὶ μηδὲν πλέον τῆς ἡδονῆς καὶ ῥᾳστώνης εἰδότας ἀφέμενος ὁ λόγος, ὡς ἀνεπαισθήτως νοσοῦντας, πρὸς τὰ ἑξῆς τῆς ἱστορίας χωρείτω.

Μετὰ δέ γε τὸν θάνατον τοῦ θεηλάτου Μουχούμετ, ἐφάνη κατὰ μεσημβρίαν ἀστὴρ ὁ λεγόμενος δοκίτης, προμηνύων τὴν τῶν Ἀράβων ἐπικράτειαν. ἔμεινε δὲ ἐπὶ ἡμέρας τριάκοντα, διατείνων ἀπὸ μεσημβρίας ἕως ἄρκτου. ἦν δὲ ξιφοειδής.

Τῷ κδʹ. ἔτει, Ἀβουβάχαρ τελευτᾷ, ἀμη-

A socordia atque imprudentia, divinæ providentiæ jussu evenire flagitiose asserit. Eædem sacræ litteræ contemnere opes, demisso esse animo, voluptariam vitam fugere, neque pro malo malum reddere jubent. ille, divitiis studere, superbire, abunde omnes expetere voluptates, omnique conatu ulcisci adversarios præcipit: salutaria hæc animæ, & paradiso immittere docens. O dementiam atque væcordiam, & ludibria sceleſtiſſimi impostoris: o stultitiam atque exitium eorum quos ille in miseram servitutem egit, & in hunc usque diem a vero abducit atque decipit. Neque enim perversissimi isti ac bruti & stolidissimi homines intelligunt, in quam grave chaos, B ac quam in satanicam charybdin demersi, atque omnino absorpti sint: in quam inexplicabiles & exitum nullum habentes labyrinthos, difficilesque & ad exitium animæ ducentes calles per fraudem inducti volutentur misere, & ad extremam perniciem detineantur. Atque mihi sane subit mirari tantam eorum stultitiam atque stuporem: qui cum se callidissimos esse atque ingeniosissimos putent, lubricitatem tamen vanæ imposturæ illius non animadvertunt. Oportebat enim omnino stultos eos & belluinos homines, saltem apertam illam & abominandam de resurrectione fallaciam perspicere: qua decepti, existimant se interitus expertem vitam at- C que immortalem inter pocula & convivia acturos. Ubi autem, & quando æterna & incorrupta vita, quam sacris literis promissam pii certa spe expectant, isti & corpore & anima mortales adipiscentur? Hoc quoque fatui illi atque miseri sciant, quod etiamnum vetere suo & impio errore liberati non sunt: sed sub religionis prætextu falsa colunt numina, ac in ea abditum dæmonis omnium malorum auctoris dolum præ nimia dementia ac stupore nullo modo animadvertunt. Cum enim antiquitus falsa superstitione seducti Venerem Græcorum, id est voluptatem, divinis honoribus coluerint, stellamque ejus Luciferum esse fabulati sint, quam etiam a magnitudine Kubar sua D inepta lingua appellaverint: in hunc usque diem Veneri nomen Dei tribuunt. Quod ne cui videamur fingere, explicabimus magnum eorum mysterium. Verba obscœnæ eorum & prophanissimæ precationis hæc sunt: Alla, Alla, Va, Kubar, Alla; Alla, Alla, si interpreteris, est Deus, Deus. Va, major. Kubar, magna, sive Luna & Venus. Ita ergo habet: Deus Deus major & magna, nimirum Venus deus. Atque hoc Alla in fine adjectum indicat, quæ omnia proprietate sui sermonis occultata pronunciant. Sed oratio nostra, missos faciens porcinos istos & belluinos homines, qui præter voluptatem & otium nihil sciunt, ac sine sensu laborant, historiæ reliquum E pertexat.

Edit. Paris. pag. 425.

Postquam Muchumetus ille dirus moriens obiit, media die visus est cometa, quem a trabis forma Græci docitem nominant, Arabum prænuncians imperium. duravit dies triginta, a meridie ad septentrionem pertingens. habuit gladii formam.

Anno XXIV, moritur Abubachar,

Abubachar Arabum dux.

Umarus. * v. Meurs. Gloss.

cum * ameras (id imperii nomen est) fuisset annos x i i. Succedit eis Umarus. Hic Bostram aliasque urbes cepit, & usque ad Gabitham progressus est. Cum hoc prælio commisso Theodorus Heraclii frater victus, ad Imperatorem Edessæ tum agentem venit. Imperator copiis Boanem ejus loco præficit. Theodorum porro Sacellarium cum exercitu Romano adversus Arabes mittit. Ei, cum ad Emesam venisset, occurrit Ameras cum multitudine Sarracenorum, eaque

Edit. Paris. pag. 426.

straque locat ad Bardanisium fluvium. Itaque Heraclius rebus desperatis, Syriam deserit: sublatisque Hierosolymis venerabilibus lignis, Constantinopolin abit. Boanem autem a Damasco Emesam divertere jubet, & Theodorum sacellarium cum exercitu x l. millium. Hi Arabes ab Emesa Damascum usque persequuntur.

Anno x x v, Sarraceni multitudine Arabum stipati bellum inferunt, factaque pugna Romanos vincunt. Porro milites Baanis seditione mota, Heraclio imperium abrogant, Baanemque Imperatorem designant. Interim Sacellario cum suis recedente, Sarraceni licentiam nacti, bellum Baani faciunt, eumque vincunt. Nam Romani, cum vehemens Auster iis esset adversus, ita ut præ multitudine pulveris hostes cernere nequirent, magna cum clade fusi, seipsos in fuga in amnis Jermochthæ angustias præcipitarunt: atque hoc modo illa x l. millia perierunt. Sarraceni autem Damasco insuper potiti sunt, ac Phœnicia, ibique habitare cœperunt. In Ægyptum quoque facta expeditione, eam occupaverunt, ibique sedes posuere.

Romani clade ab Arabibus affecti.

Anno x x v i, Umarus in Palæstinam cum infesto exercitu ingressus, sacram urbem certis conditionibus in potestatem accipit, Sophronio tum patriarchæ munere fungente. Ut in eam pervenit, vestem ex camelorum pilis contextam indutus atque sordidatus, satanicamque simulationem adhibens, templum Judæorum a Solomone extructum quæsivit, ut in eo suæ sacrilegæ superstitionis domicilium constitueret. Hunc videns Sophronius, ait: profecto hoc est abominandum illud vastationis argumentum, stans in loco sancto. multoque cum fletu rem Christianam lamentatus est. Hortatus itaque eum est, ut sindone se indueret: verum is renuit. vix tandem assensus, lotis suis vestibus, patriarchæ suas reddidit. Ea tempestate diem suum obiit Sophronius, cum diu multumque adversus Heraclium, & cum eo sentientes Sergium ac Pyrrhum Monothelitas decertasset. Hoc anno Umarus Jadum in Syriam mittit, totamque in Sarracenorum potestatem redigit.

Cæterum de terra sancta Moses ita Israelitis est vaticinatus: (Ecce Dominus Deus tuus introducet te in regionem bonam & amplam, cujus aquæ torrentes & fontes abyssi exeunt ex planiciebus & montibus: terram tritico & hordeo abundantem, vitibus, ficubus, malis punicis, palmis: terram oleo & melle affluentem, in qua pane tuo absque penuria vescaris; terram cui pro lapidibus est ferrum, & cujus ex montibus æs effodias: terram lacte & melle manantem: terram quam Dominus Deus tuus procurat, cui divinitus prosperitas est col-

De terra sancta. Deut. 8.

A ρεύσας ἔτη δύο ἥμισυ. καὶ ἀντ' αὐτοῦ κρατεῖ Οὔμαρος, ὃς παρέλαβε Βόστραν τὴν πόλιν, καὶ ἄλλας πολλάς, καὶ ἦλθε μέχρι τοῦ Γαβιθᾶ. τούτῳ συμβαλὼν Θεόδωρος ὁ τοῦ Ηρακλείου ἀδελφός, καὶ ἡττηθείς, πρὸς τὸν βασιλέα ἔρχεται ἐν Εδέσσῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς προχειρίζεται ἕτερον στρατηγὸν Βαάνην. τὸν δὲ σακελλάριον Θεόδωρον μετὰ Ρωμαϊκῆς δυνάμεως πέμπει κατὰ Αράβων. παραγινόμενος δὲ εἰς Εμεσαν, συναντᾷ πλῆθος Σαρακηνῶν, καὶ τὸν ἀμηρᾶν αὐτῶν, καὶ εἰς τὸν Βαρδανίσιον ποταμὸν παραφοσσατεύει. Ηράκλειος δὲ ἀπελπίσας καταλιμπάνει τὴν Συρίαν. καὶ ἄρας τὰ τίμια ξύλα ἀπὸ Ιεροσολύμων, ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἀπάει. Βαάνην δὲ ἀπὸ Δαμασκοῦ εἰς Εμεσαν στρέ-
B φει, καὶ Θεόδωρον σακελλάριον ἔχοντα στρατὸν χιλιάδας μ. καὶ διώκουσι τοὺς Αραβας ἀπὸ Εμέσης ἕως Δαμασκοῦ.

Τῷ κε'. ἔτει, ἐπιστρατεύουσιν οἱ Σαρακηνοὶ μετὰ πλήθους Αράβων, καὶ συμβολῆς γινομένης, ἡττῶνται Ρωμαῖοι. στασιάσαντες δὲ οἱ περὶ Βαάνην, Ηράκλειον ἀποκηρύττουσι, καὶ Βαάνην ἀναγορεύουσι βασιλέα. ἐν τούτοις ὑποχωροῦσιν οἱ περὶ τὸν Σακελλάριον. καὶ οἱ Σαρακηνοὶ εὑρόντες ἄδειαν, συμβάλλουσι μετὰ Βαάνους πόλεμον, καὶ ἡττῶσιν αὐτόν. ἀνέμου γὰρ πνεύσαντος βιαίου νότου κατὰ Ρωμαίων, καὶ μὴ δυναμένων τοὺς ἐχθροὺς ἀντωπῆσαι διὰ τὸν πολὺν κονιορτόν, δεινῶς τρέπονται, καὶ ῥίπτοντες ἑαυτοὺς εἰς τοὺς στενωποὺς τοῦ ποταμοῦ Ιερ-
C μοχθᾶ, διεφθάρησαν αἱ τεσσαράκοντα χιλιάδες. παρέλαβον δὲ καὶ τὴν Δαμασκόν, καὶ τὰς χώρας τῆς Φοινίκης, καὶ οἰκίζονται ἐκεῖ. εἶτα στρατεύονται κατ' Αἰγύπτου, καὶ λαβόντες καὶ αὐτήν, κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ.

Τῷ κς'. ἔτει στρατεύει Οὔμαρος κατὰ Παλαιστίνης, καὶ παραλαμβάνει λόγοις τὴν ἁγίαν πόλιν Σωφρονίου πατριάρχου ὄντος. εἰσελθὼν δὲ Οὔμαρος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, τριχίνοις ἐκ καμήλου ἐνδύμασιν ἠμφιεσμένος ἐρρυπωμένοις, ὑπόκρισίν τε σατανικὴν ἐνδεικνύμενος, τὸν ναὸν ἐζήτει τῶν Ιουδαίων, ὃν ᾠκοδόμησε Σολομών, προσκυνητήριον ποιῆσαι τῆς αὐτοῦ βλασφημίας. τοῦτον ἰδὼν Σωφρόνιος, ἔφη· ἐπ' ἀληθείας τοῦτό ἐστι τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ. πολ-
D λοῖς τε δάκρυσι τοὺς Χριστιανοὺς ἀπωδύρετο. παρεκάλεσεν οὖν αὐτὸν λαβεῖν σινδόνα, καὶ ἐνδύσασθαι. ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο. μόγις οὖν ἐπείσθη· καὶ πλυνθέντων τῶν αὐτοῦ, πάλιν ἀπέστρεψε τὰ τοῦ πατριάρχου. ἐν τούτοις ἀπεβίω Σωφρόνιος, πολλὰ κατὰ Ηρακλείου καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ Σεργίου καὶ Πύρρου τῶν μονοθελητῶν ἀγωνισάμενος. τούτῳ τῷ ἔτει ἀπολύει Οὔμαρος τὸν Ιαδ εἰς Συρίαν, καὶ ὑπέταξε πᾶσαν τοῖς Σαρακηνοῖς.

Περὶ δέ γε τῆς ἁγίας γῆς ὁ θεσπέσιος ἔλεγε Μωϋσῆς πρὸς τὸν Ισραήλ. Ιδοὺ Κύριος ὁ Θεός σου
E εἰσάξει σὲ εἰς γῆν ἀγαθὴν καὶ πολλήν, ἧς χείμαρροι ὑδάτων καὶ πηγαὶ ἀβύσσου ἐκπορευόμεναι διὰ τῶν πεδιάδων, καὶ τῶν ὀρέων· γῆ πυροῦ καὶ κριθῆς, ἄμπελοι καὶ συκαῖ, καὶ ῥοαὶ καὶ φοίνικες· γῆ ἐλαίου καὶ μέλιτος· γῆ, ἐφ' ἣν οὐ μετὰ πτωχείας φάγῃ τὸν ἄρτον σου· γῆ, ἧς οἱ λίθοι σίδηρος, καὶ ἐκ τῶν ὀρέων αὐτῆς μεταλλεύσεις χαλκόν· γῆ ῥέουσα γάλα καὶ μέλι. γῆ ἣν Κύριος ὁ Θεός σου ἐπισκοπεῖ, ἥ τις εὐλογημένη ἐστί, καὶ καρποφόρος ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γῆν,

γῆν, καὶ τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ παρεικαζομένη. προσμαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ σοφώτατος Ἀριστοτέλης, λέγων· καὶ γὰρ πολυάνθρωπος ἐστὶν ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ παντοίοις καρποῖς εὐθυνοῦσα, ἀμπέλων τε καὶ ἀκροδρύων καὶ φοινίκων πλῆθος ἄπλετον, καὶ κτηνῶν πάμπολλα καὶ διάφορα, καὶ δαψιλὴς ἡ τούτων νομὴ δι' ὅλου τοῦ χρόνου γίνεται, διὰ τὴν πολλὴν εὐκρασίαν τῆς γῆς καὶ πιότητα· πολὺ δὲ πλῆθος καὶ τῶν ἀρωμάτων, καὶ λίθων πολυτελῶν, καὶ χρυσοῦ παρακομιζομένου, διὰ τῶν Ἀράβων. ὡσαύτως οὖν καὶ Ἰώσηπος ἔφη· Πάμφορος γὰρ οὖσα δι' εὔκρατον ἀέρα καὶ πολλὴν πιότητα, χειμῶνος ὥρᾳ ἐκφέρει κάρυα, καὶ ἐν καύματι φοίνικας, καὶ πλεῖστον γεωργεῖ ἔλαιον. καὶ σταφυλὴν μὲν καὶ σῦκα δέκα μηνῶν δίχα ἐσθίουσιν οἱ ἐκεῖσε. τοὺς δὲ λοιποὺς καρποὺς, δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τρυγῶσι. τὸ δὲ μέγεθος τῶν βοτρύων τῆς σταφυλῆς ἐκείνης, ἐδήλωσεν ἡ γραφὴ λέγουσα, περὶ τῶν κατασκόπων ὧν ἀπέστειλε Μωϋσῆς· ὅτι ἦλθον ἕως φάραγγος βότρυος, καὶ κόψαντες ἐκεῖθεν κλῆμα καὶ βότρυν σταφυλῆς ἕνα, ἦραν αὐτὸν ἐπ' ἀναφορεῦσιν. ἐν ξύλῳ γὰρ ἐσχηματισμένῳ πλαγίως μέσον κρεμασθεὶς, καὶ ἐπ' ὤμων δύο ἀνδρῶν βασταζόμενος, πᾶσιν ἐδήλου τῆς ἁγίας γῆς ἐκείνης τὴν εὐκαρπίαν. δι' ἧς Ἀλέξανδρος ὁ μέγας διαπορευόμενος, καὶ ξύλα καρποφόρα, ἐν οἷς καὶ πήγανον θεασάμενος τὸ ὕψος καὶ πλάτος ἐφάμιλλον συκῆς, ἐθαύμασε σφόδρα τῆς γῆς ἐκείνης τὴν εὐκαρπίαν τε καὶ πιότητα. ἀλλὰ μὴν καὶ ὀποβάλσαμον γεωργεῖ πλεῖστον, καὶ ἕτερα πολλὰ δυσπόριστα, καὶ ἀνθρώποις ἐπέραστα. ἀμέλει τοίνυν, ὡς ἐξαίρετον καὶ διαφέρουσαν ἀσυγκρίτως πάσης τῆς γῆς εἰκότως ἔδωκεν αὐτὴν ὁ Θεὸς τῷ ἠγαπημένῳ καὶ πρωτοτόκῳ υἱῷ αὐτοῦ εἰς κληρονομίαν τε καὶ ἀπόλαυσιν. εἰσήγαγε γὰρ αὐτοὺς, φησὶν, εἰς ὄρος ἁγιάσματος αὐτοῦ, ὄρος τοῦτο ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ. τοιγαροῦν ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ μακαρίᾳ γῇ καὶ ἀγαθῇ τῆς ἐπαγγελίας, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λόγος τοῖς προφήταις ὀφθεὶς, θεοπρεπῶς τε τὰς θεοφανείας ποιησάμενος ἔλεγεν· ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. ἐπ' ἐσχάτων δὲ σαρκοφόρος ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, πληρώσας καὶ τό· μήτηρ Σιὼν, ἐρεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος. ἐν ᾗ καὶ τὸ σωτήριον ὑπομείνας πάθος, τὴν παγκόσμιον εἰργάσατο σωτηρίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος καρδίαν τῆς γῆς ἐκάλεσε τὴν Ἱερουσαλήμ. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους ἡμέρας τρεῖς καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. ὅθεν καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος, εἰς τὸ φάσκον ῥητόν. Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ, φησί· καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς, ἐκεῖθεν γέγονεν ἡ τοῦ Θεοῦ εὐπρέπεια, οἷον ὁ βωμὸς, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἡ λατρεία πᾶσα, καὶ ἡ πολιτεία τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας, καὶ ἱερέων πλῆθος, καὶ θυσία, καὶ ὁλοκαύτωσις, καὶ ὕμνοι ἱεροὶ, καὶ ψαλμῳδίαι, καὶ πάντα τὰ ἐκεῖθεν, καὶ τὰ μέλλοντα προδιεγέγραπτο. ἐπειδὴ δὲ, καὶ ἡ ἀλήθεια παραγέγονεν, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἐκεῖθεν ὁ σταυρὸς ἔλαμψεν, ἐκεῖθεν τὰ μυρία κατορθώματα. διὰ δὴ τοῦτο καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ δευτέρας νομοθεσίας ὁ μέγας Ἡσαΐας

Cedren.

A lata, ut fertilitate omnes alias terras superet, ac paradiso Dei sit assimilis.) Suffragatur his etiam sapientissimus Aristoteles, his verbis: Nam terra promissionis & hominum, & omnium frugum copia abundat. immensa ibi multitudo vitium, glandium & palmarum: tum omnis generis pecus, omnique anni tempore pascua iis abunde suppeditantia, propter optimam soli temperiem atque pinguedinem: magna etiam ibi multitudo aromatum, lapidum pretiosorum, aurique, ea Arabia importatorum. In hunc modum & Josephus ait: Fœcundissima enim eum sit ea regio, ob aerem bene temperatum, ac multam pinguedinem, hyeme nuces profert, æstu dactylos, & plurimum ibi olei colitur.

B Qui ibi vivunt, decem integros menses uvis ac ficubus vescuntur: reliquarum frugum toto anno est collectura. Jam *Num. 13.* magnitudinem botrorum vitis istius Scriptura indicans, de a Mose missis exploratum narrat, eos usque ad vallem uvarum pervenisse, ibique palmitem cum unica uva resectum, vecti impositum portasse. quippe de ligno figurato medius suspensus ille racemus, ac duorum virorum humeris gestatus, ubertatem sacræ istius terræ omnibus demonstravit. Per hanc iter faciens Alexander, arboresque videns frugiferas, atque inter alia rutam altitudine ac amplitudine ficui æmulam, vehementer soli illius fertilitatem atque pinguedinem est admiratus. Præterea plurimus ibi opobalsami est ea cultura

C proventus, aliorumque multorum quæ paratu difficilia, hominibus sunt charissima. Hanc itaque terram, ut eximiam, & cui conferri nulla alia mereatur, convenienter Deus dilecto suo atque primogenito filio hæreditatis loco possidendam fruendamque dedit. (Introduxit enim eos *Psalm. 77.* (inquit Scriptura) in eum montem, quem dextra ipsius condiderat.) Itaque ergo in sancta hac & beata bonaque terra promissionis, multifariam ac variis modis olim Deus verbum vatibus sese videndum exhibuit, suæque essentiæ convenienter apparitiones Dei operatus, ita dixit: (Ego apparitiones multiplicavi, & *Osee 12.* inter manus vatum initiatus sum. Idem ad extremum carnem gestans, inter ho-

D mines perspicue est versatus, id quoque oraculum implens: Mater Sion, dicet homo, & homo in ea natus est. Ipse Altissimus fundamenta ejus locavit. Eadem in regione salutare obiit suppli- *Esa. 24.* cium, eoque toti mundo salutem paravit.) Ipse adeo Dominus Hierosolyma cor terræ appellavit, cum diceret: (Sicut enim Jonas in ventre ceti fuit *Matth. 12.* tres dies, totidemque noctes: sic & fi- *Edit. Paris.* lius hominis in ventre terræ tantumdem *pag. 428.* temporis morabitur.) Inde & D. Chrysostomus hæc verba explicans, (Ex Sio- *Psalm. 49.* ne decor venustatis ejus) ita scribit: Nam & vetere durante fœdere, inde decus Dei sese exeruit, ut ara, ut penetrale sacrarium, omnesque cæremoniæ & antiquæ legis administratio: tum

E multitudo sacerdotum, sacrificium, solida hostia, sacra carmina, cantiones psalmorum. quin & futura quæcumque essent, inde perscripta sunt oraculis. At postquam promissorum veritas exhiberi cœpit, ejus quoque rei initia ibi fuerunt. Inde Crux effulsit, inde innumera illa pulcherrima facinora. Idcirco & de posteriore Christi legum-

Esaia 2. latione magnus ille Esaias sic fatur: (Ex Sione lex prodibit, & sermo Dei ex Hierosolymis, ac judicium inter gentes feret.) Sionis enim nomine ibi totam intelligit regionem, ac ei adjacentem Judææ primariam urbem. Inde, veluti carceribus ad cursum idonei atque parati quidam equi, in universum orbem emissi sunt Apostoli: inde miracula cœperunt edere. ibi salutaris perpessio, resurrectio, & in cælum assumptio fuerunt: ibi exordia & principium nostræ salutis: ibi cœptum est arcanam doctrinam promulgare: ibi primum patefactus est Pater, & innotuit unigenitus Filius, tantaque Spiritus sancti gratia donata: ibi de incorporeis rebus exercuerunt disputationem, ac promissiones de bonis, facultatibus, & futuris bonis: quæ omnia venustates Dei appellat. Pulcritudo enim Dei & venustas, bonitas ejus est, & humanitas, & erga universos beneficentia. Ibi igitur & Adami casum correxit, & celerrimum, ac quasi cum volatu futurum, conventum sanctorum, sibi secundum advenienti occursurorum, præmonstrans: (Ubi, inquit, cadaver, ibi congregabuntur aquilæ.) In hunc modum etiam magnus Athanasius de supplicio Christi loquitur: Idcirco, ait, non alibi supplicio subit Christus, neque alio in loco in crucem agitur, quam in loco cranii doctores Ebræorum Adami sepulcrum esse dicunt, affirmantes ibi eum, postquam eum execratus est Deus, humatum fuisse. Propterea loci proprietatem miror. Oportebat nimirum Dominum, cum is renovare primum hominem vellet, ibi mortem obire. Et quoniam dictum est Adamo, (Terra es, & in terram redibis:) ibi is reconditus fuit, ut quo in loco damnationis sententiam percepit, eo & absolutionem adipisceretur.

Adami sepulcrum.

Gen 3.

Edit. Paris. pag. 429.

Heraclio in Oriente degenti, filius nascitur Davidus. Eademque die Constantino Heraclii F. nascitur Heraclius, quem Sergius patriarcha baptizavit. Eodem anno, Persæ inter sese mota seditione, magnam sibiipsis cladem intulerunt. Tum temporis Indorum rex munera gratulationis ergo Imperatori misit, uniones & gemmas multas. Decesserat jam tam Moamedus, constitutis quatuor Ameradis, qui Arabibus Christianam religionem amplectentibus bellum facerent. Hi adversus Theodorum cubicularium profecti, cumque eo prælio congressi sunt. Sed eo in prælio tres Amerades, magnaque cum his multitudo occubuerunt. Exivit etiam reliquus Ameras, Chalebus nomine, qui gladius Dei appellabatur. Erant quidam vicini Arabes, qui ab Imperatore Romano stipendium tuendarum
188 solitudinis faucium causa accipere solebant. Hoc cum isti id temporis petitum venissent, repulsam passi, ejectique sunt. Quod indigne ferentes, gentilibus se suis conjunxerunt, eisque ad Gazæam regionem duces itineris se præbuerunt, quæ aditum tenet in solitudinem, juxta Sinæum montem, estque admodum dives. Hoc modo ab iis Era, omnisque Gazæ ditio capta est. Sergius autem, Cæsarea Palæstinæ veniens cum exigua militum manu, primus ipse cum exercitu interficitur.

A λέγει· ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν. Σιὼν γὰρ ἐνταῦθα ὁλόκληρον λέγει τὸ χωρίον, καὶ τὴν παρακειμένην αὐτοῦ μητρόπολιν τῶν Ἰουδαίων. ἐκεῖθεν τοίνυν, ὥσπερ ἐκ βαλβῖδος τινὸς εὔδρομοι καὶ εὐσταλεῖς ἵπποι, εἰς τὴν οἰκουμένην ἅπασαν οἱ Ἀπόστολοι ἐξεπέμφθησαν. ἐκεῖθεν τὰ σημεῖα ποιεῖν ἤρξαντο· ἐκεῖ γέγονε τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ ἀνάληψις· ἐκεῖ τὰ προοίμια καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· ἐκεῖ τὰ ἀπόρρητα δόγματα κηρύττεσθαι τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν. ἐκεῖ πρῶτον ἀπεκαλύφθη πατὴρ, καὶ ἐγνωρίσθη μονογενὴς υἱὸς, καὶ ἐδόθη τοσαύτη πνεύματος ἁγίου χάρις, καὶ τὸν περὶ τῶν ἀσωμάτων λόγον ἐκεῖ ἐγύμναζον, καὶ δωρεῶν
F καὶ δυνάμεων καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας, ἅπερ ἅπαντα ὡραιότητας τοῦ Θεοῦ λέγει. κάλλη γὰρ Θεοῦ καὶ ὡραιότης, ἡ ἀγαθότης καὶ φιλανθρωπία, καὶ ἡ εἰς πάντας εὐεργεσία. ἐκεῖ τοίνυν καὶ τὸ πτῶμα καὶ πταῖσμα τοῦ Ἀδὰμ θεραπεύσας, καὶ τὴν ταχίστην, ὥσπερ καὶ ὑπόπτερον, τῶν ἁγίων συνέλευσιν καὶ ὑπάντησιν ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ προϋπεμφαίνων, ἔλεγεν· ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, εἰς τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ λέγει· διόπερ οὐκ ἀλλαχόσε πάσχει Χριστὸς, οὔτε μὴν εἰς ἄλλον σταυροῦται τόπον, ἢ εἰς τὸν κρανίου τόπον,
C ἐν ᾧ δὴ τῶν Ἑβραίων οἱ διδάσκαλοί φασι τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τὸν τάφον. ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν μετὰ τὴν κατάραν τεθάφθαι διαβεβαιοῦνται. διὸ τοῦτο θαυμάζω τοῦ τόπου τὴν οἰκειότητα. ἔδει γὰρ τὸν Κύριον ἀνανεῶσαι θέλοντα τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, ἐν ἐκείνῳ παθεῖν τῷ τόπῳ. καὶ ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἀδὰμ, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ταύτῃ τῇ πάλιν ἐκεῖ τέθειται, ἵνα ἐν ᾧ τόπῳ τὴν κατάραν ἔλαβεν, ἐκεῖ καὶ τὴν λύσιν ταύτης δέξηται.

Ὅτι δὲ τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ ἐν τῇ ἀνατολῇ, ἐγεννήθη αὐτῷ υἱὸς ὁ Δαβίδ. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτέχθη καὶ Κωνσταντίνῳ, τῷ υἱῷ Ἡρακλείου, Ἡράκλειος, ὃς ἐβαπτίσθη ὑπὸ Σεργίου τοῦ Πατριάρχου. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐπανέστησαν οἱ Πέρσαι κατ' ἀλλήλων, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν. τότε ὁ βασιλεὺς τῶν
D Ἰνδῶν πέμπει συγχάρια τῷ βασιλεῖ, μαργαρίτας καὶ λίθους τιμίους πολλούς. ἦν δὲ ὁ Μουάμεδ προτελευτήσας, ὃς ἔστησε τέσσαρας Ἀμηρᾶδας πολεμεῖν τοὺς ἐξ Ἀράβων γενομένους Χριστιανούς. καὶ ἦλθον κατέναντι Θεοδώρου κουβικουλαρίου, καὶ συμβαλόντες πόλεμον, ἀναιροῦνται οἱ τρεῖς Ἀμηρᾶδες, καὶ πλῆθος πολὺ ἐξ αὐτῶν. ἐξῆλθε δὲ καὶ ὁ εἷς Ἀμηρᾶς ὁ Χάλεβος, ὃν λέγουσι μάχαιραν τοῦ Θεοῦ. ἦσαν δέ τινες τῶν πλησίον Ἀράβων, λαμβάνοντες παρὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ῥόγας πρὸς τὸ φυλάττειν τὰ στόμια τῆς ἐρήμου. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ ἐλθόντες οὐκ ἔλαβον τὴν ῥόγαν, ἀλλ' ἐδιώχθη-
I σαν. λυπηθέντες δὲ ἀπῆλθον πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, καὶ ὡδήγησαν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν χώραν Γάζης, στόμιον οὖσαν τῆς ἐρήμου κατὰ τὸ Σίναιον ὄρος, πλουσίαν σφόδρα. οἳ καὶ παρέλαβον τὴν Ἡραν, καὶ πᾶσαν τὴν χώραν Γάζης. ἐλθὼν δὲ Σέργιος ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης σὺν ὀλίγοις στρατιώταις, κτείνεται πρῶτος σὺν τῷ στρατῷ.

οἱ δὲ λαβόντες αἰχμαλωσίαν πολλὴν, ὑπέστρεψαν.

Τῷ κζ΄. ἔτει, ἦλθεν Ἰωάννης ὁ Κατζᾶς, ἐπίτροπος Ὀσροηνῆς, πρὸς Ἰαδ, εἰς Χαλκηδόνα· καὶ ἐστοίχησε δεδόναι αὐτῷ δέκα μυριάδας νομισμάτων, πρὸς τὸ μὴ περάσαι τὸν Εὐφράτην μήτε εἰρηνικῶς μήτε πολεμικῶς. Ἡράκλειος δὲ τοῦτο μαθὼν ὡς ἄνευ εἰδήσεως αὐτοῦ τοῦτο πεποίηκε, τοῦτον ἐξώρισε, καὶ ἀντ' αὐτοῦ Πτολεμαῖον στρατηγὸν ἔπεμψε.

Τῷ κη΄ ἔτει, παρέλαβον οἱ Ἄραβες τὴν Ἀντιόχειαν. καὶ ἐπέμφθη Μαυίας ὑπὸ Οὐμάρου στρατηγὸς, καὶ Ἀμηρᾶς πάσης τῆς ὑπὸ τοὺς Σαρακηνοὺς χώρας, ἀπὸ Αἰγύπτου ἕως Εὐφράτου.

Τῷ κθ΄. ἔτει, παραλαμβάνει Ἰαδ τὴν Ἔδεσσαν λόγοις, τὴν δὲ Κωνστάντειαν πολέμῳ, ὁμοίως καὶ τὸ Δάρας, καὶ πολλοὺς ἐν ταύτῃ ἀπώλεσε. καὶ οὕτω παρέλαβεν Ἰαδ πᾶσαν τὴν Μεσοποταμίαν.

Τῷ δὲ λ΄. ἔτει, ἐπεστράτευσαν οἱ Σαρακηνοὶ κατὰ Περσίδος, καὶ νικήσαντες, πάντας τοὺς Πέρσας ὑπέταξαν. Ὁρμίσδας δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Περσῶν, φυγῇ χρησάμενος, ἐπὶ τοὺς ἐνδοτέρω Πέρσας καταφεύγει. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ, αἰχμαλώτους τὰς τοῦ Χοσρόου θυγατέρας ἅμα τῇ βασιλικῇ ἀποσκευῇ ἄγουσι πρὸς Οὔμαρον. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ ποιεῖ ἀναγραφὴν Οὔμαρος πάσης τῆς ὑπ' αὐτὸν οἰκουμένης, τῶν τε ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν καὶ φυτῶν.

Τῷ λα΄. ἔτει, τελευτᾷ Ἡράκλειος βασιλεὺς, ὑδεριάσας, μηνὶ Μαρτίῳ ια΄. βασιλεύσας ἔτη λ΄. μῆνας ι΄. οὗτος ὑπὸ Ἀθανασίου πατριάρχου τῶν Ἰακωβιτῶν, καὶ Σεργίου τοῦ Σύρου Κωνσταντινουπόλεως ἀπατηθεὶς, εἰς τὴν αἵρεσιν τῶν Μονοθελητῶν ἐξεκυλίσθη. καὶ δὴ μετὰ ταῦτα νόσῳ περιπεσὼν ὑδερικῇ, δι' ἧς καὶ τέθνηκε, δεινῶς ἐτιμωρεῖτο. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ τὸ πάθος ἐπεκτάθη, ὡς ἡνίκα ἀπουρεῖν ἔμελλε, σανίδα τίθεσθαι κατὰ τοῦ ἤτρου, διὰ τὸ στρέφεσθαι τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ, καὶ κατὰ τοῦ προσώπου τὸ οὖρον ἀναπέμπειν. ἔλεγχος δὲ ἦν τοῦτο τῆς ἑαυτοῦ παρανομίας, ὅπερ τῇ εἰς τὴν ἰδίαν ἀνεψιὰν Μαρτίναν παρανομωτάτου γάμου. ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν λάρνακι, καὶ ἔμεινεν ἀσκεπὲς ἡμέρας δ΄. συνετάφη δὲ αὐτῷ καὶ στέμμα χρυσοῦν, καὶ οὕτως ἐσκεπάσθη.

Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, μῆνας δ΄. ἦν δὲ ἀσθενὴς τὸ σῶμα, καθεκάστην ὡς εἰπεῖν νοσηλευόμενος. τούτῳ τινὲς λέγουσιν, ὅτι τὸ στέμμα, ἐν ᾧ ἐστέφθης, σὺν τῷ πατρί σου ἐτάφη. καὶ ἐκέλευσε Καλλινίκῳ κουβικουλαρίῳ, κομίσαι αὐτό. ἀπελθὼν οὖν, καὶ ἀνοίξας, εὗρε τὸ σῶμα διαλυθὲν ὡσεὶ ὕδωρ, τὸ δὲ στέμμα συμπαγὲν τῇ κεφαλῇ. καὶ ἀνέσπασεν αὐτὸ σὺν τῇ κόμῃ, πενθῶν καὶ ὀδυρόμενος, καὶ ἀπήγαγε τοῦτο τῷ Κωνσταντίνῳ. ὁ δὲ ἐκέλευσε τοῦτο παραλυθῆναι, καὶ τιμηθῆναι. ὃ καὶ διετιμήθη λίτρας ο΄. τελευτᾷ δὲ Κωνσταντῖνος, φαρμακευθεὶς ὑπὸ Μαρτίνης τῆς αὐτοῦ μητρυιᾶς, καὶ Πύρρου πατριάρχου· καὶ τίθεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. γυνὴ δὲ τούτου Ἀναστασία, ἥτις μετὰ τελευτὴν συνετάφη τῷ ἰδίῳ ἀνδρί.

Βασιλεύει δὲ Ἡρακλωνᾶς σὺν μητρὶ Μαρτίνῃ, μῆνας ς΄. οὗτος προσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν τὸ στέμμα, ὅπερ ἀφείλετο Κωνσταντῖνος ἐκ τοῦ μνημείου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· δοὺς καὶ ἑκάστῳ στρατευομένῳ λεγάτον, νομίσματα τρία, ὑπὲρ Κωνσταντίνου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. τούτῳ τῷ ἔτει παραλαμβάνει Cedren.

Barbari magna præda potiti discedunt.

Anno vigesimoseptimo, venit Joannes cognomento Catzas, Osroenæ præfectus, Chalcedonem, ad Jadum, eique centum millia nomismatum daturum se promisit eo pacto, ne is vel belli vel pacis gratia Euphraten transeat. Heraclius vero, ubi id Catzam se inscio pepigisse intellexit: hominem relegavit, ejusque loco exercitui Ptolemæum præfecit.

Anno vigesimooctavo, Arabes Antiocheam ceperunt. Missus quoque ab Umaro est Mavias ductor, & Amerus omnis quæ Sarracenis suberat regionis, ab Ægypto usque ad Euphraten.

Anno vigesimonono, Jadus Edessam colloquio, Constantiam vi capit: itemque Daras, in quo multos interfecit. atque sic Jadus totam subegit Mesopotamiam.

Aono xxx Sarraceni Persidi bellum intulerunt. victosque Persas omnes sibi subjugarunt. Hormisdas Pers. rex fuga ad interiores Persas evasit. Sarraceni Chosroæ filias captivas cum omni regia supellectile ad Umatum abduxerunt. Eo ipso tempore Umarus censum egit per omnes suas ditiones, hominum, pecoris, & stirpium.

Edit. Paris. pag. 430

Anno xxxi Heraclius, die xi Martii ex hydrope moritur, cum imperasset annos triginta, menses x. Hic ab Athanasio Jacobitarum, & Sergio Syro Coostantinopolis patriarchis seductus, ad hæresin Monothelетarum devolutus fuit. Postea in aquæ intercutis morbum delapsus, qui & necavit eum, atroces pœnas dedit. Adeo enim malum increvit, ut lotium redditurus, inferiori ventri tabulam imponere opus habuerit, eo quod veretrum ipsius inversum, urinam sursum versus faciem emitteret. Hoc erat argumentum flagitii, quod perpetravit juncta sibi incestissimis nuptiis consobrina sua Martina. Corpus ejus in arcam repositum, per s v dies sine tegmine mansit. Una sepulta est etiam aurea corona, sicque tectus fuit.

CONSTAN. Heraclii F. imperat.

Post eum filius ipsius Constantinus imperium gessit per menses s v. Corpore fuit languido, quotidie propemodum ægrotans. Is a quibusdam admonitus, coronam, qua regno inaugutatus fuerat, cum patre esse sepultam: Callinico cubiculario mandat, uti eam sibi afferat. Abit ille, & sepulcro recluso cadaver Heraclii aquæ instar dissipatum reperit, coronamque capiti adhærescentem. eam cum crinibus revellit mœstus atque lamentans, & Constantino adfert. Is solvi ac æstimari jubet coronam, & æstimata est libris septuaginta. Constantinum hunc Martina noverca & Pyrrhus patriarcha veneno necaverunt, cadaverque ejus in fano beatorum Apostolorum repositum est. Uxorem habuit Anastasiam, quæ post mortem juxta maritum est condita.

HERAC. cum MART. imperat.

Imperium deinde Heraclonas, cum matre Martina tenuit menses v s. Is ad templum sanctæ Sophiæ protulit coronam, quam Constaotious ea sepulcro patris abstulerat. Legatum quoque Constantini fratris militibus viritim tria nomismata distribuit. Hoc an-

no Mabias Cæsaream Palæstinæ occupat, septem annos oppugnatam: ac in ea septem Romanorum millia interficit. Eodem anno Senatus Heraclonam cum matre sua & Valentino dejicit: & Martinam execta lingua, Heraclonam naso mutilatum, extorres agit: Constantem Constantini F. Heraclii N. imperio præficiunt. Tenuit hoc annos XXVII.

Edit. Paris. pag. 431. Cæterum Heraclonas non est Imperatoria sepultura affectus, sed regno ejectus: privatamque agens vitam, cum matre Martina humatus est in Dominico monasterio. Pyrrho etiam profligato, patriarcha Constantinopolis creatur Paulus presbyter & dispensator, qui episcopatum gessit annos XII.

185

Constans Heraclii N. imperator. Anno mundi ↀↀ CIↃ CXXXIV, anno divinæ incarnationis IↃCXL, Constans Romanorum imperium adeptus est, idque gessit annos XXVII. Constantini F. Heraclii N. hæreticus. Is Senatum oratione blanda compellavit, collaudans eos ob insectationem Heraclonæ & Martinæ, a quibus patrem suum interfectum dicebat: liberaliterque donatos dimisit.

Anno hujus altero, Umarus ædificare templum Hierosolymitanum cœpit: cumque ædificia non consisterent, Judæi causam rogati, eam exposuerunt, ac crucem quæ templo montis olearum imposita erat deposuerunt. ita demum ædificia firmata sunt. Atque hæc res Christi osoribus occasionem præbuit, multas cruces deturbandi.

Anno tertio, defectus Solis fuit.

Anno sexto, ingens ventus multas prægrandes arbores ac columnas dejecit.

Sarracenorum incrementa. Anno VII, Mabias in Cyprum expeditionem fecit, navibus CIↃ IↃCC, occupavitque Constantiam, & totam insulam.

Anno VIII, Mabias Aradum post acrem oppugnationem pacto cepit, murisque dejectis incendit, fecitque ut insula in hunc usque diem habitatoribus careat. Eo ipso anno Romæ Martinus concilium egit contra Monotheletas.

Anno undecimo, pulvis de cælo est delatus.

* v. Scalig. animadv. ad Euseb. pag. 242. Anno XII, Mabias Rhodo potitus, colossum evertit, * anno post, quam is positus fuerat, ↀIↃCCCLXV. quem cum quidam mercator emisset, ære illo IↃCCCC camelos oneravit. Etenim Rhodii maris imperium obtinentes, æream Soli statuam posuerunt, altam cubitos LXXX, quod inscriptio ejus docet:

Qui stat Rhodi colossus, octies decem
Fecit Laches hunc altum cubitos Lindius.

a magnitudine, ei Colossi nomen indiderunt: & ab eo ipsi quoque Colosseoses sunt denominati.

186

Anno decimotertio, Mabias apud Tripolim magnas instruxit naves, Constantinopolin petiturus. Id cernentes duo Christiani fratres, buccinatoris filii, divino animi fervore exagitati ad carcerem accurrerunt, effractisque

pag. 432. foribus, & qui captivi erant liberatis, Ameram Tripolitanum & eos qui ipsi aderant occiderunt: universoque apparatu cremato, in Romaniam navigio abierunt. Porro Mabias Cæsaream Cappadociæ bello petens, classi præficit Abulavarem. is ad Phœnicem Lyciæ cum ap-

A Μαβίας Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης, μετὰ ἑπτὰ ἔτη τῆς πολιορκίας αὐτῆς, καὶ ἀναιρεῖ ἐν αὐτῇ Ῥωμαίων χιλιάδας ἑπτά. τούτῳ τῷ ἔτει ἀπώσατο ἡ σύγκλητος Ἡρακλωνᾶν, ἅμα Μαρτίνῃ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ Βαλεντίνῳ· καὶ γλωσσοκοπήσαντες Μαρτίναν, καὶ ῥινοκοπήσαντες Ἡρακλωνᾶν, ἐξώρισαν ἀμφοτέρους. καὶ ἀνεβίβασαν Κώνσταντα τὸν υἱὸν Κωνσταντίνου, ἔγγονον Ἡρακλείου, ἐπὶ τὴν ἀρχήν· ὃς ἐκράτησεν ἔτη κζ.

Ὁ δὲ Ἡρακλωνᾶς οὐκ ἐτάφη βασιλικῶς. ἀλλὰ διωχθεὶς ἐκ τῆς βασιλείας καὶ ἰδιωτεύων, ἐτάφη ἐν τῷ μοναστηρίῳ, σὺν τῇ μητρὶ Μαρτίνῃ. Πύῤῥου δὲ ἐκβληθέντος, χειροτονεῖται πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Παῦλος πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος, ἐπισκοπήσας ἔτη ιβ΄.

B Κόσμου ἔτος ,ϛρλδ΄. τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος χμ΄. Ῥωμαίων βασιλεὺς Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου, υἱοῦ Ἡρακλείου, αἱρετικός, ἔτη κζ. ὃς παρακλητικοῖς λόγοις πρὸς τὴν σύγκλητον ἐχρήσατο, ἐπαινέσας αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ μίσους Ἡρακλωνᾶ καὶ Μαρτίνης, ὡς φονέων γεγονότων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ δωρεαῖς φιλοτιμησάμενος, ἀπέλυσε.

Τῷ δευτέρῳ ἔτει, ἤρξατο Οὔμαρος οἰκοδομεῖν τὸν ναὸν Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐχ ἵστατο τὸ κτίσμα. πυθομένου δὲ τὴν αἰτίαν, εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ κατήγαγον τὸν σταυρὸν τὸν ὄντα ἐπάνω τοῦ ναοῦ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, καὶ οὕτω συνέστη αὐτῶν ἡ οἰκοδομή. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πολλοὺς σταυροὺς κατήγαγον οἱ μισόχριστοι.

C Τῷ γ΄. ἔτει, γέγονεν ἔκλειψις ἡλίου.

Τῷ ϛ΄. ἔτει, γέγονεν ἄνεμος βίαιος, καὶ πολλὰ δένδρα παμμεγέθη ἔπεσον, καὶ στύλους ἔῤῥιψε.

Τῷ ζ΄. ἔτει, ἐπεστράτευσε Μαβίας εἰς Κύπρον, ἔχων σκάφη ,αψ΄. καὶ παρέλαβε Κωνστάντειαν, καὶ πᾶσαν τὴν νῆσον.

Τῷ η΄ ἔτει, Μαβίας τὴν Ἄραδον σφοδρῶς πολεμήσας, ταύτην λόγῳ παρέλαβε. καὶ ἀπετείχισε, καὶ ἐνέπρησε, καὶ τὴν νῆσον ἀοίκητον ἐποίησεν ἕως τοῦ νῦν. τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει γέγονεν ἐν Ῥώμῃ Σύνοδος ὑπὸ Μαρτίνου κατὰ τῶν Μονοθελητῶν.

Τῷ ια΄. ἔτει, κόνις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατηνέχθη.

Τῷ ιβ΄. Μαβίας καταλαβὼν τὴν Ῥόδον, καθεῖλε τὸν κολοσσόν, μετὰ ,ατξε΄. ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως. ὃν ὠνησά-

D μενος ἔμπορος, ἐννακόσια καμήλια ἐφόρτωσε τὸν χαλκόν. καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες, ἀνέστησαν ἀνδριάντα χαλκὸν τῷ ἡλίῳ, πηχῶν π΄. ὡς λέγει τὸ ἐν αὐτῷ ἐπίγραμμα·

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίησε πηχέων ὁ Λίνδιος.

Ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν, ἀφ᾽ οὗ καὶ αὐτοὶ Κολοσσαεῖς ὠνομάσθησαν.

Τῷ ιγ΄. ἔτει, Μαβίας ἐξόπλισιν ἐν Τριπόλει ἐποίησε μεγάλων πλοίων, τοῦ ἀνελθεῖν κατὰ Κωνσταντινουπόλεως. τοῦτο θεασάμενοι δύο ἀδελφοὶ φιλόχρι-

E στοι, υἱοὶ βυκινάτορος, ζήλῳ θείῳ τρωθέντες, ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον παρεγένοντο· καὶ τὰς πύλας διαῤῥήξαντες, καὶ τοὺς δεσμίους λύσαντες, τὸν Ἀμηρᾶν Τριπόλεως ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν πᾶσαν ἐμπρήσαντες, ἐπὶ Ῥωμανίαν ἀπέπλευσαν. καὶ ὁ μὲν Μαβίας στρατεύει Καισάρειαν τῆς Καππαδοκίας, Ἀβουλαβάρ δὲ ἀρχηγὸν κατέστησε τῶν πλοίων· ὃς παραγενόμενος εἰς τὸν Φοίνικα τῆς Λυκίας, ἔνθα ἦν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ Ῥω-

μαϊκοῦ στόλου, ναυμαχεῖ μετ' αὐτοῦ. τῇ δὲ πρὸ τοῦ πολέμου ἑσπέρᾳ θεωρεῖ κατόναρ ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἦν ἐν Θεσσαλονίκῃ. διυπνισθεὶς δὲ, διηγήσατο τῷ ὀνειροκρίτῃ. ὁ δὲ ἔφη· ὦ βασιλεῦ, εἴθε μὴ ὕπνωσας τῇ νυκτὶ ταύτῃ, μήτε ὄνειρον ἐθεάσω· τὸ γὰρ εἶναί σε ἐν Θεσσαλονίκῃ, θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην, σημαίνει· πρὸς τὸν ἐχθρὸν σου ἡ νίκη τρέπεται. καὶ δὴ τοῦτο καὶ ἀπέβη. συμβαλόντες γὰρ πόλεμον ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ συγκιρνᾶται ἡ θάλασσα τῷ αἵματι τῶν Ῥωμαίων. ἐνδύει δὲ ὁ βασιλεὺς ἄλλον τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ, καὶ εἰσπηδήσας ὁ προλεχθεὶς υἱὸς τοῦ βυκινάτορος, τὸν βασιλέα ἀφαρπάζει, καὶ εἰς ἕτερον σκάφος μεταβάλλει, καὶ παραδόξως διασώζει. αὐτὸς δὲ ἐπιστὰς τῇ βασιλικῇ νηῒ, πολλοὺς ἀνελὼν ὁ γενναιότατος ὕστερον δὲ ἀναιρεῖται καὶ αὐτός. ὁ δὲ βασιλεὺς μόλις διασωθεὶς, ὑπέστρεψε μετ' αἰσχύνης ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Ἐφ' ὧν χρόνων καὶ ὁ Ἀρχηγὸς τῶν Παυλικιάνων ἀνεφάνη Κωνσταντῖνος, ὁ καὶ Σιλουανὸν αὑτὸν ὀνομάσας. ἔστι δὲ ἡ αἵρεσις αὐτῶν αὕτη. Παυλικιάνοι, οἱ καὶ Μανιχαῖοι. μετωνομάσθησαν δὲ ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιάνοι, ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας Καλλινίκης τοὔνομα. ἥτις δύο υἱοὺς ἔσχε, τοῦτον τὸν Παῦλον, καὶ Ἰωάννην. τούτοις οὖν τὴν Μανιχαϊκὴν αἵρεσιν διδάξασα, ἐκ τοῦ Σαμοσάτου εἰς Ἀρμενιακοὺς κήρυκας τῆς αἱρέσεως αὐτοὺς ἀπέστειλεν· οἵ τινες ἐλθόντες εἰς κώμην τινὰ τῆς Φαναροίας, ἐκεῖσε τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν ἐνέσπειραν. ἐκ τούτου οὖν ἡ μὲν κώμη μετωνομάσθη Ἐπίσπαρις, οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτῶν Παυλικιάνοι ἐκλήθησαν. οὗτοι μετὰ χρόνους πολλοὺς τῆς διαδοχῆς τοῦδε τοῦ Παύλου, ἕτερον ἔσχον διδάσκαλον Κωνσταντῖνον καλούμενον, τὸν προρρηθέντα Σιλουανόν. τοῦτον ἔχουσιν ἀρχηγὸν τῶν διδασκαλιῶν αὐτῶν, καὶ οὐχὶ τὸν Παῦλον. οὗτος γὰρ αὐτοῖς παρέδωκε τὰς αἱρέσεις αὐτοῦ ἀγράφως κατὰ παράδοσιν, τὸ Εὐαγγέλιον μὲν κατὰ παράδοσιν, τὸν δὲ Ἀπόστολον ἐγγράφως· ἀπαράλλακτα μὲν τῇ γραφῇ καὶ τοῖς λόγοις, ὡς καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ὄντα παραδοὺς. διαστρέψας δὲ ἕκαστον κεφάλαιον πρὸς τὰς ἑαυτοῦ αἱρέσεις, νομοθετήσας αὐτοῖς καὶ τοῦτο, μὴ δεῖν ἑτέραν βίβλον οἱανοῦν ἀναγινώσκειν, εἰ μὴ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸν Ἀπόστολον. μετὰ δὲ Κωνσταντῖνον καὶ Σιλουανὸν, δεύτερον ἔσχον διδάσκαλον Συμεῶνα καλούμενον, μετονομάσαντα δὲ ἑαυτὸν Τιμόθεον. τέταρτον δὲ Ἰωσὴφ μετονομάσαντα ἑαυτὸν Ἐπαφρόδιτον. καὶ μετὰ τοῦτον Ζαχαρίαν. ἀλλὰ τοῦτον ὡς μισθωτὸν, καὶ οὐκ ἀληθῆ ποιμένα, ἀποβάλλονται ἔνιοι ἐξ αὐτῶν. ἕκτον τὸν Βαάνην τὸν ῥυπαρόν, καὶ ἕβδομον τὸν Σέργιον, τὸν καὶ Τυχικὸν ἑαυτὸν μετονομάσαντα. Μάνεντα τοίνυν καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην, καὶ ἄλλους οὓς ἐὰν τις εἴπῃ αὐτοῖς, προθύμως ἀναθεματίζουσι· Κωνσταντῖνον δὲ, τὸν καὶ Σιλουανὸν ἐπικληθέντα, καὶ Συμεῶνα, τὸν καὶ Τίτον· καὶ Γενέσιον, τὸν καὶ Τιμόθεον· καὶ Ἰωσὴφ, τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, καὶ Βαάνην τὸν ῥυπαρὸν, καὶ Σέργιον καὶ Τυχικὸν, ὡς διδασκάλους αὐτῶν, οὐδαμῶς ἀναθεματίζουσιν, ἀλλ' ἔχουσιν αὐτοὺς ὥσπερ Ἀποστόλους Χριστοῦ.

Λέγουσι δὲ καὶ ἓξ ἐκκλησίας ἐν τῇ ὁμολογίᾳ αὐτῶν. τὴν Μακεδονίαν, ἥτις ἐστὶ Κάστρον κολωνείας· τὴν Κίβωταν, ἣν ἐμαθήτευσε Κωνσταντῖνος ὁ καὶ Σιλουανὸς,

A pulisset, ubi Imperator cum Romana classe erat, navali pugna cum eo congreditur. Quæ eam pugnam proxime antecessit vespera, ea Imperator per somnum imaginatus fuerat se esse Thessalonicæ: idque insomnium conjectori proposuerat. atque hic: Utinam, ait, o Imperator hac nocte neque dormivisses, neque insomnium tibi esset obiatum. quod enim tibi visus es apud Thessalonicam esse, id significat thes allo nicam, alteri cede victoriam. proinde ad hostes victoria inclinat. Atque ita quidem evenit. Eo enim prælio victi sunt Romani, eorumque sanguis mari permixtus. Imperator tum alium quemdam suis vestibus B induit. Insiliens autem in navim is cujus paulo ante mentionem fecimus buccinatoris filius, abreptum Imperatorem in aliud navigium transfert, præterque hominum opinionem servat. ipse Imperatoriæ navi insistens, fortissime pugnando multis dejectis tandem ipse quoque cadit. Imperator vix ægre salutis compos, cum dedecore Constantinopolim redit.

Insomnium

Romani victi.

187

Circa hoc tempus extitit Constantinus quidam, qui & Silvani nomen usurpabat, Paulicianorum sectæ princeps. Ejus hæreseos hæc est historia. Manichæi Paulicianorum nomen sibi sumpserunt, a Paulo quodam Samosateno, Manichææ cujusdam mulieris Callinices nomine filio. Ea cum haberet duos filios, C Paulum scilicet hunc, & alium Joannem, Manichæa eos hæresi instituit: Samosatisque in Armeniam emisit, uti ibi eam hæresim promulgarent. Id quod ii fecerunt in vico quodam Phanarrϥæ. Exinde vico Epispáridis, sectatoribus Paulicianorum nomen factum fuit. Hi longo post hunc Paulum tempore magistrum habuerunt alium, Constantinum illum, qui cognomentum Silvani gessit. hunc principem suarum doctrinarum agnoscunt, non Paulum. Hic enim iis opiniones, quas sectantur, absque scripto per traditiones exhibuit: Evangelium quidem ea traditione, Apostolum autem scripto. tradidit autem ita, ut nihil a Scriptura differrent apud eos recepta, sed singula capita ad suam detorsit hære-D sin. nam & hanc ipsis legem posuit, ne præter Evangelium & Apostolum, ullum alium librum legerent. Secundum Constantinum illum Silvanum, alium habuerunt præceptorem, Simeonem nomine: sed qui se Timotheum vocaret. Quartum, Josephum, qui sibi Epaphroditi appellationem imposuit. Ab hoc Zachariam, quem tamen veloti mercenarium, & non verum pastorem, quidam ipsorum repudiant. Sextum, Baanem, cognomento sordidum. Septimum, Sergium, qui Tychicum sese denominavit. Ac Manetem quidem, Paulum, Joannem, & alios quicumque ipsis proponantur, libenter E ii damnant: Constantinum autem Silvanum, Simeonem qui Titi, Genesium qui Timothei, Josephum qui Epaphroditi, Baanem sordidum, & Sergium qui Tychici titulo se insignibat, nequaquam damnant, quippe eos pro suis agnoscentes magistris: sed eos loco Apostolorum Christi habent.

Manichæorum Paulicianorum secta.

Edit. Paris. pag. 433.

188

Nominant sex ecclesias in sua confessione: Macedoniam, quæ est castrum coloniæ: Cibosam, quam docuit Constanti-

hue eo certamine, Sainus quoque suo cum exercitu supervenit: sed & hunc fudit Heraclius. multaque cæde hostium facta, palantes reliquos in fuga dissipavit, capto etiam * tuldo hostium.

* v. Meursii Gloss.

Inde Sarbarazas cum Saino conjungit se, cumque reliquos barbaros collegissent, denuo adoriri Heraclium statuunt. Verum is per aspera & transitus difficiles habentia loca ad Hunnorum regionem contendit, insequentibus a tergo barbaris: cum quidem Lazi & Abasgi formidine correpti, desertis Romanis domum discesserunt. Quo facto delectatus Sainus, audacter cum suis in Heraclium ivit. Imperator autem animos suorum tali oratione excitavit: Nolite, fratres, hostium multitudine terreri. Unus enim nostrum, Deo ita volente, mille viros fugabit. Immolemus nos Deo pro fratrum nostrorum salute, coronasque martyrum adipiscamur, ut posteritas nos laudet. His aliisque pluribus cohortatus suos, læto vultu aciem instruit. Constiterunt adversæ acies exiguo interjecto spatio, & usque ad vesperam conflictu abstinuerunt. Vespera ingruente, Imperator in itinere pergebat, rursum barbaris a tergo sequentibus. Qui cum mutata profectione antevertere conarentur, inciderunt in palustria loca, indeque exire rursus coacti sunt. Imperator autem eum juxta Persarmeniam duceret, eaque regio Persis subesset, multi ex ea ad Sarbarazam profecti, copias ejus auxerunt: sed hyeme appetente, domum quisque suam discesserunt. Eo comperto, Heraclius noctu statuit hostes aggredi. Itaque delectos equites robore præstantissimos, & militum fortissimos, præcedere jubet, ipse cum reliquis subsequitur. Ita Romani festinantes, castellum Albanorum hora noctis nona occupant. Quibus cum Persæ, adventu eorum cognito, occurrerent, occidione a Romanis cæsi sunt, solo (ut proverbio dici solet) facigero superstite, qui cladem barbaro indicavit. Barbarus nudus & sine calceis equo insiluit, * fugaque sibi consuluit. Hujus uxores, & Persicum florem omnem, principesque & satrapas & delectos milites, cum super tecta domorum confugisse, ac defensionem moliri videret, igne conjecto depulit, aliosque interfecit, quosdam cremavit, reliquos cepit, perpaucis fuga elapsis. Potitus est etiam armis barbari, aureo scuto, & gladio, & hasta, ac cingulo aureo gemmato, & calceis. Inde in eos duxit qui per agros dispersi erant: eosque insecutus, multos occidit, multos cepit. Exin contractis hilari animo copiis, ibi hyemavit.

* v. Schikard. de reg. Pers. pag. 182.

Edit. Paris. pag. 414.

Anno xv. Heraclius cum exercitu, itinere quod per Taurum montem in Syriam ducit superato, septimo die post exhaustum magnum laborem, ad Tigrim fluvium pervenit. inde per Martyropolin & Amidam urbes itinere facto, exercitum & captivos quiete refecit. indeque litteras de rebus suis Byzantium misit, quæ magnum in urbe gaudium excitaverunt. Sarbarazas porro adversus eum tendebat. Ideo Heraclius misso militum agmine * claustra, quibus ad eum iter erat, servare jubet: & ipse per exitus profectus qui versus Orientem sunt, adversum se barbaris fert. Tum Nymphio amne trajecto, ad Euphraten

* clusuras.

A των, ἔφθασε καὶ ὁ Σαῒν σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ. συμβαλὼν δὲ καὶ μετ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, καὶ τοῦτον τρέψας, πολλοὺς ἀνεῖλε, καὶ τοὺς λοιποὺς διέσπειρε φεύγοντας. παρέλαβε δὲ καὶ τὸ τοῦλδον αὐτῶν.

Ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς ἑνωθεὶς τῷ Σαῒν, ἐπισυνῆξε τοὺς ὑπολειφθέντας βαρβάρους, καὶ πάλιν διενοοῦντο κατὰ τοῦ βασιλέως χωρεῖν. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἐπὶ τὴν τῶν Οὔννων χώραν καὶ ταῖς τούτων δυσχωρίαις ἤλαυνεν ἐν τόποις τραχέσι καὶ δυσβάτοις. οἱ δὲ βάρβαροι ὀπίσω αὐτοῦ ἠκολούθουν. οἱ μέντοι Λαζοὶ ἅμα τοῖς Ἀβασγοῖς δειλιάσαντες, ἀπέσπασαν ἑαυτοὺς τῆς τῶν Ῥωμαίων συμμαχίας, καὶ οἴκαδε ἀνεχώρησαν. ὁ δὲ Σαῒν ἡσθεὶς ἐπὶ τούτῳ, θυμῷ πολλῷ σὺν τοῖς βαρβάροις ἐχώρει κατὰ Ἡρακλείου. ὁ δὲ βασιλεὺς λόγοις τὸν στρατὸν ἀναπτερώσας, B παρῄνει λέγων· Τὸ πλῆθος ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, μὴ ταραττέτω. Θεοῦ γὰρ θέλοντος, εἷς διώξει χιλίους. θύσωμεν οὖν τῷ Θεῷ ἑαυτοὺς, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν σωτηρίας, λάβωμεν στέφη μαρτύρων, ἵνα ὁ μέλλων ἡμᾶς ἐπαινέσῃ χρόνος. τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσι παραθαρρύνας τὸν στρατὸν, φαιδρῷ τῷ προσώπῳ ἐξαρτύει τὸν πόλεμον. καὶ στάντες ἐπ' ἀλλήλοις ἀπὸ μικροῦ διαστήματος ἕωθεν μέχρις ἑσπέρας, ἀλλήλοις οὐ συνέβαλον. ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, ὁ βασιλεὺς τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο· καὶ οἱ βάρβαροι πάλιν ὀπίσω αὐτοῦ ἠκολούθουν. ἐναλλάξαντες δὲ τὴν ὁδὸν, προλαβεῖν τοῦτον βουλόμενοι, ἐμπίπτουσιν εἰς τόπον τελματώδη, καὶ ἠναγκάσθησαν ἐξελθεῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν γῆν Περσαρμενίας παρέτρεχε. τῆς γῆς δὲ ἐκείνης ὑπὸ τῶν Περσῶν κρατουμένης, πολλοὶ C συνέτρεχον τῷ Σαρβαραζᾷ, καὶ ηὔξετο ὁ λαὸς αὐτοῦ· χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, ἐσκορπίσθη ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον. τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς, διενοεῖτο ἐν νυκτὶ κλέψαι τὸν πόλεμον. καὶ ἐπιλεξάμενος ἱππεῖς εὐσθενεῖς, καὶ τοῦ στρατοῦ τοὺς ἀνδρειοτέρους διελὼν, προάγειν τοὺς μὲν ἐκέλευσε κατὰ τῶν βαρβάρων· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἑτέροις ὀπίσω τούτων εἵπετο. σπεύσαντες δὲ κατέλαβον χωρίον Ἀλβανῶν ὥρᾳ θ'. τῆς νυκτός. τῶν δὲ Περσῶν γνόντων τὴν ἔφοδον, καὶ ὁρμησάντων κατ' αὐτῶν, οἱ Ῥωμαῖοι τούτους πάντας ἀνεῖλον, παρὲξ ἑνὸς τὸ τοῦ λόγου, πυρφόρου ὃς καὶ τῷ βαρβάρῳ ἐμήνυσεν. ὁ δὲ βάρβαρος γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος ἵππῳ ἐπιβὰς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίζετο. τούτου τὰς γυναῖκας καὶ πᾶν τὸ Περσικὸν ἄνθος, ἄρχοντάς τε καὶ σατράπας, καὶ στρατιώτας ἐπιλέκτους καταλαβὼν ἀνελθόντας ἐπὶ τῶν δωμάτων, καὶ πόλεμον κροτοῦντας, D διὰ πυρὸς καθεῖλε· καὶ οὓς μὲν ἔκτεινε, οὓς δὲ πυρὶ ἀνάλωσεν, οὓς δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβεν· ὀλίγοι δὲ πάνυ φυγόντες ἐσώθησαν. ἔλαβε δὲ καὶ τὰ ὅπλα τοῦ βαρβάρου, τήν τε χρυσῆν ἀσπίδα, καὶ μάχαιραν, καὶ δόρυ, καὶ τὴν χρυσῆν καὶ διάλιθον ζώνην, καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ. ταῦτα δὲ λαβὼν, χωρεῖ κατὰ τῶν διεσπαρμένων ἐν τοῖς χωρίοις. οὓς καὶ διώξας πολλοὺς ἔκτεινε, καὶ δεσμίους ἔλαβεν· εἶτα ἐπισυνάξας τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον μετὰ χαρᾶς, ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις παρεχείμασε.

Τῷ ιε'. ἔτει, ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος μετὰ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ τὴν τῶν Σύρων ὁδὸν, τὴν ἐπὶ τοῦ Ταύρου ὑπερβὰς, ἐν ἑπτὰ ἡμέραις κόπῳ πολλῷ καταλαμβάνει τὸν Τίγριν ποταμόν. εἶτα τὴν Μαρτυρόπολιν, καὶ τὴν Ἄμιδαν· καὶ διαναπαύονται ὅ τε στρατὸς, καὶ ἡ αἰχμαλωσία. E ἐντεῦθεν γράμματα πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐξαπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν πάντα ἐδήλωσε, καὶ χαρὰν τῇ πόλει ἐνεποίησεν. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς ἐπῆλθε κατ' αὐτοῦ· ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἴλην στρατιωτῶν, ἀπέστειλε φυλάττειν τὰς πρὸς αὐτὸν ἀγούσας κλεισούρας· καὶ αὐτὸς τὰς πρὸς ἀνατολὴν ἐκδραμὼν διεξόδους, ἀντιπρόσωπος ἤει τοῖς βαρβάροις· καὶ περάσας τὸν Νυμφίον ποταμὸν, κατα-

λαβεῖ τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾧ ὁ πλεκτὴ γέφυρα ἐκ σχοινίων καὶ ἐρίων ὤν, ἣν ὁ Σαρβαραζᾶς λύσας, ἐπὶ τὴν ἑτέραν γῆν πᾶσαν μετήγαγε. παραδραμὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν ποταμὸν εὗρε πόρον, καὶ ἀκινδύνως τοῦτον ἐπέρασε παραδόξως τῷ Μαρτίῳ μηνί. καὶ καταλαβὼν τὰ Σαμόσατα, πάλιν τὸν Ταῦρον διαβὰς, εἰς Γερμανίκειαν ἀφίκετο. καὶ περάσας τὴν Ἄδαναν, ἦλθεν εἰς τὸν Ταῦρον ποταμόν. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς τὴν γέφυραν πάλιν ἐκτείνας, τὸν Εὐφράτην ἐπέρασε, καὶ ἠκολούθει ὀπίσω αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας τὸν Σάρον, διανέπαυσε τὸν στρατόν. καταλαμβάνει δὲ ὁ βάρβαρος, εἰς τὸ ἀντίπεραν μέρος. ἑωρακὼς δὲ τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν γέφυραν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ προπύργια κρατηθέντα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἀπλήκευσεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀτάκτως ἐκτρέχοντες διὰ τῆς γεφύρας πολὺν φόνον ἐποιοῦντο Περσῶν· οἷς ὁ βασιλεὺς παρῄνει, μὴ ἐκτρέχειν ἀτάκτως, μήπως γένωνται τοῖς ἐναντίοις ὁδός. οἱ δ' οὐκ ἐπείθοντο. καὶ μετ' οὐ πολὺ δίκην ἔτισαν τῆς παρακοῆς, τοῦ βαρβάρου ἐνέδρας κατ' αὐτῶν ποιησαμένου. ὡς ὁ βασιλεὺς ἑωρακὼς ἀναιρουμένους, συναπημιλλήσατο. ἀνὴρ δέ τις γιγάντειος, μέσον τῆς γεφύρας τῷ βασιλεῖ συναντήσας, προσέβαλεν. ὃν καὶ πατάξας ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ῥείθρῳ ἔρριψεν. οὗ πεσόντος, οἱ βάρβαροι εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, καὶ τῇ στενότητι τῆς γεφύρας εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίπτουντο. ἄλλοι δὲ ξίφεσιν ἀνῃροῦντο, τοῦ βασιλέως μετ' ὀλίγων τινῶν γενναίως ἀντιμαχομένου ὑπὲρ ἄνθρωπον. ὡς καὶ τὸν Σαρβαραζᾶν ἐκπλαγῆναι, καὶ πρός τινα Μαργαρίτην εἰπεῖν· ὁρᾷς τὸν Καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ; πῶς θρασὺς πρὸς τὴν μάχην ἵσταται, καὶ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος μόνος ἀγωνίζεται; ἐκ γὰρ τῶν βασιλικῶν παρασήμων ἐγνωρίζετο. καταλαβούσης δὲ τῆς ἑσπέρας, ἀπ' ἀλλήλων διέστησαν. καὶ ὁ βάρβαρος φοβηθεὶς, διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τοὐπίσω ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ πρὸς Σεβάστειαν ὥρμησε. καὶ τὸν Ἅλυν περάσας, ἐκεῖ παρεχείμασεν. ὁ δὲ Χοσρόης μανεὶς, ἔλαβε τὰ κειμήλια πασῶν τῶν ὑπὸ Πέρσας ἐκκλησιῶν· καὶ ἠνάγκαζε τοὺς Χριστιανοὺς κοινωνῆσαι τῇ τοῦ Νεστορίου θρησκείᾳ, πρὸς τὸ πλῆξαι τὸν βασιλέα.

Τῷ ιϛʹ. ἔτει, ὁ Χοσρόης νέαν ἐποιήσατο στρατιὰν, ἀπό τε ξένων καὶ πολιτῶν καὶ οἰκετῶν, καὶ παντὸς γένους. καὶ ἐκ τούτων ἐκλεξάμενος, καὶ τῷ Σαὴν παραδοὺς στρατηγῷ, ἄλλας τε νʹ. χιλιάδας ἐκ τῆς φάλαγγος τοῦ Σαρβάρου τούτοις συνῆψεν, οὓς καὶ χρυσολόχας ὠνόμασε, καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως ἀπέστειλε. τὸν δὲ Σάρβαρον σὺν τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ στρατεύμασι κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἔπεμψεν, ὅπως τοῖς ἐκ δύσεως Οὔννοις καὶ Ἀβάρεις καλοῦσι, μετὰ καὶ Σθλαβίνων καὶ Γεπίδων συμφωνήσας, κατὰ τῆς πόλεως χωρήσωσι, καὶ ταύτην πολιορκήσωσι. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν εἰς τρεῖς διαιρέσεις ἐχώρησε. καὶ τοὺς μὲν ἔπεμψεν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως, τοὺς δὲ παραδοὺς Θεοδώρῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, κατὰ τοῦ Σαὴν πολεμεῖν ἐκέλευσε. τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτὸς λαβὼν, ἐπὶ Λαζικὴν ἐχώρει. καὶ τοὺς Τούρκους τῆς ἑῴας, οὓς καὶ Χαζάρους ὀνομάζουσιν, εἰς συμμαχίαν ἐκάλει. ὁ δὲ Σαὴν, σὺν τῷ νεολέκτῳ στρατῷ τὸν τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν Θεόδωρον καταλαβὼν, πρὸς πόλεμον ὡπλίσατο. τοῦ δὲ Θεοῦ διὰ πρεσβειῶν τῆς Θεοτόκου συνεργήσαντος, πολέμου κροτηθέντος, χάλαζα παραδό-

A pervenit. Erat is ponte ex funibus & lana contexto instratus: quem Sarbarazas solutum, in alteram partem totum transtulit. Cæterum Heraclius vadum fluminis reperit, dum ad ripam ejus decurrit: itaque præter omnium opinionem Euphraten transit, mense Martio. Inde occupatis Samosatis, rursum Taurum transit, & Germaniciam pervenit: Adanaque peragrata, ad Taurum amnem accedit. Interim Sarbarazas rursum ponte extento Euphrateo trajicit, Romanosque insequitur. Imperator Saro transmisso, exercitum quiete relaxat. Venit & barbarus ad alteram fluminis partem, cumque cerneret amB nem, pontem, & propugnacula in eo a Romanis occupata, castra posuit. Romani porro incomposito agmine per pontem excurrentes, multos Persas interfecerunt: nequicquam Imperatore monente, ne ita nullo ordine evagarentur, atque insidiis se hostium exponerent. Itaque non multo post a Persis per insidias circumventi, pœnas suæ contumaciæ ac temeritatis dederunt. Ipse tunc Imperator suis in periculo constitutis opem tulit: ac quemdam gantiformem in medio pontis secum congressum ferit, inque profluentem deturbavit. cujus casu reliqui etiam barbari territi cum fugam facerent, obsistente pontis angustia, alii in amnem dejecti, alii gladiis interfecti sunt. Imperator eo tempore paucis C quibusdam stipatus pugnam obiit, fortitudine quam pro hominis natura majore: adeo quidem, ut Sarbarazas admiratione perculsus, cuidam Margaritæ dixerit: Videsne o Cosma Cæsarem? (agnoscebatur autem insignibus imperatoriis) quanta is audacia prælium subsistit, solusque contra tantam multitudinem certat? Nox superveniens prælium diremit. Barbarus autem sibi metuens, retro abiit. Imperator porro suos ad Sebasteam adducit: ac trajecto Haly flumine, ibi hyemat. At Chosroes insania percitus, donaria omnium ecclesiarum quæ sub Persis erant, abstulit: utque Heraclio ægre faceret, Christianos omnes ad societatem Nestorianæ religionis adegit.

Edit. Paris. pag. 425.

277

Anno decimosexto, Chosroes noD vum conscribit exercitum, de peregrinis, civibus & servis, omnique hominum sorte. Ex his delectos Saino ducendos mandat, additis de Sarbari exercitu IↃↃↃ. millibus, quos & Chrysolochas nominat, quasi aureum agmen, eumque adversus Heraclium mittit. Sarbarum cum reliquis copiis ad Constantinopolin proficisci jubet, ut initis pactis cum Hunnis occidentalibus (qui & Avares nominantur) ac Slavinis & Gepidis, urbem obsidere atque oppugnare curet. His perceptis Heraclius, in tres partes suum exercitum dividit. Harum unam urbi præE sidio mittit, alteram Theodoro fratre suo duce, adversus Sainum rem gerere jubet: ipse cum tertia Lazorum ditionem petit, Turcorumque orientalium (quos & Chazaros appellant) auxilia ambit. Sainus cum recenti suo exercitu in Theodorum Heraclii fratrem incidens, ad pugnam se parat. Qua conserta, impetratum est Dei auxilium Deiparæ intercessione, ita ut grando inopinata in barbaros deferretur, multosque eorum feriret,

cum interim omnis tempestatis expers esset Romanus exercitus. Fusi eo prælio sunt a Romanis Persæ, magnaque clade affecti. Chosroes ea de causa gravem in Sainum iram concepit: atque hic præ mœrore in morbum incidit, eoque est exanimatus. In cadaver Chosroes variis contumeliis deſæviit.

Chazari, Turci.

Cæterum Chazari, perruptis Caspiis portis, in Persidem impressionem faciunt, in Androegæ regionem, duce Zebeelo, qui dignitate erat a Chagano proximus. Quacumque eos impetus tulit, Persas captivos abducunt, pagos urbesque incendunt. His Heraclius ex Lazis movens occurrit, estque cum suo exercitu peramice & hilariter a Zebeelo salutatus: qui filium suum belli socium Imperatori relinquens, domum versus abiit. Imperator his auctus auxiliis, in Chosroem contendit. Interim Sarbarus Chalcedonem adoritur. Et Avares ex Thra-

Byzantium obsessum ab Avaribus.

Edit. Paris. pag. 416.

cia effusi, Constantinopolin obsident, machinis ad oppugnandum aptatis: accitaque innumera sculptarum navium ex Istro multitudine, sinum qui in cornu erat iis opplent. Cum autem per decem dies terra marique urbem oppugnassent, vi & auxilio Dei, ac inviolatæ virginis Deiparæ intercessione victi, amissis terra marique ingenti numero suis, magno cum dedecore discesserunt. Tale enim eis quippiam usuvenit. Viderunt barbari prima hice, cum sol oriretur, mulierem quamdam illustrem eunuchis comitatam porta Blachernarum exeuntem. quam cum opinarentur Heraclii uxorem esse, & ad suum principem ob mariti absentiam ire pacis petendæ causa, transitum ei concesserunt, subsequentem ex urbe hominum turbam ipsi adorturi. ut vero fossæ ambitum egressam, non ire ad principem viderunt, insecuti sunt usque apud locum cui Veteris saxi nomen est: ibi cum fere jam essent assecuti, illa cum suis ex oculis & conspectu eorum evanuit. ipsi autem tumultu concitato inter se congressi, ad vesperam usque mutuo strages ediderunt. Mane insequentis diei, dux causam inquirens, quod majorem suorum partem intestino conflictu periisse videret, turpiter domum rediit. Statim quoque classis ab obsidione recessit: quam domum revertentem, in Euxino mari oborta tempestas ita afflixit, ut perpauci ad suos redierint. Sarbarus, tametsi hæc ei molesta acciderant, tamen obsidionem Chalcedonis non solvit: sed hyemavit ibi, populans transmarina & urbes evertens.

Anno decimoseptimo, hyeme in Persidem Heraclius cum Turcis ingressus improviso, Chosroem perterruit. Sed Turci hyemem, ac crebras Persarum excursiones ægre ferentes, neque tolerandis ærumnis socios se Imperatori præbere sustinentes, paulatim ex castris dilabi, tandemque universi desertis Romanis domum reverti cœperunt. Tum Imperator suos ita est allocutus: Videtis, fratres, neminem nobis adesse velle, præter unum Deum, & quæ eum sine semine peperit Virginem. ideo fit, ut cælitus nobis misso auxilio, in nobis ac omnibus istis suam demonstret potentiam. Chosroes omnibus suis e-

A ξας κατὰ τῶν βαρβάρων κανὼν ἐχθῆ, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐπάταξεν. ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων παράταξις, γαλήνης ἀπήλαυσε. τρέπουσι δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς Πέρσας, καὶ ἀναιροῦσι πλήθη πολλά· ὅπερ μαθὼν ὁ Χοσρόης, ὀργίζεται κατὰ τοῦ Σαΐν, ὃς καὶ πολλῆς ἀθυμίας νόσῳ περιπεσὼν τελευτᾷ. τούτου τὸν νεκρὸν Χοσρόης πολλαῖς αἰκίαις ὑπέβαλεν. οἱ δὲ Χάζαροι διαῤῥήξαντες τὰς Κασπίας πύλας, τῇ Περσίδι εἰσβάλλουσιν ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ Ἀνδροηγᾶ, σὺν τῷ στρατηγῷ αὐτῶν Ζιεβὴλ, δευτερεύοντι τοῦ Χαγάνου τῇ ἀξίᾳ. καὶ ἐν οἷς ἂν τόποις διέβαινον, τούς τε Πέρσας ᾐχμαλώτευον, καὶ τὰς κώμας καὶ πόλεις πυρὶ παρεδίδοσαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπάρας ἀπὸ Λαζικῆς τούτοις συνάντησεν. ὁ δὲ Ζιεβὴλ μετὰ πολλῆς ἀγάπης καὶ χαρᾶς ἠσπά-
B σατο τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. προσήνεγκε δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ πρὸς συμμαχίαν, καὶ αὐτὸς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. λαβὼν δὲ τούτους ὁ βασιλεὺς, κατὰ Χοσρόου ἐχώρει. ὁ δὲ Σάρβαρος τῇ Χαλκηδόνι προσβαλὼν, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἄβαρις ἐκ τῆς Θρᾴκης τῇ πόλει πλησιάσαντες, ταύτην ἑλεῖν ἐβούλοντο, μηχανὰς κατ' αὐτῆς ποιήσαντες. πλῆθός τε ἄπειρον καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον ἐκ τοῦ Ἴστρου ἐνέγκαντες σκαφῶν γλυπτῶν, τὸν κόλπον τοῦ κέρατος ἐπλήρωσαν. δέκα δὲ ἡμέρας τῇ πόλει παραταξάμενοι, διά τε γῆς καὶ θαλάσσης τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ συνεργίᾳ, καὶ τῇ τῆς ἀχράντου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου πρεσβείᾳ, ἡττήθησαν, καὶ πλήθη πολλὰ ἀποβαλόντες ἔν τε γῇ καὶ θαλάσσῃ, μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ὑπέστρεψαν. τοιοῦτον γὰρ συνέβη αὐτοῖς. εἶδον οἱ βάρβαροι πρωΐας οὔσης, καὶ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος,
C ἀπὸ τῆς πόρτης τῶν Βλαχερνῶν ἐξελθοῦσαν γυναῖκα περιφανῆ, μετὰ καὶ εὐνούχων τινῶν. ὑπολαβόντες δὲ τὴν βασίλισσαν εἶναι, τὴν τοῦ Ἡρακλείου γυναῖκα, καὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐξέρχεσθαι εἰρήνης ἕνεκα, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸν βασιλέα ἐν τῇ πόλει, πάροδον αὐτῇ ἐποίησαν, ἵνα καὶ λαὸς ἕτερος ἐξελθὼν, ὑποχείριος αὐτοῖς γένηται. εἶτα ὡς εἶδον αὐτὴν τὴν τοῦ φοσσάτου περιοχὴν ἐξελθοῦσαν, καὶ μὴ ἀπελθοῦσαν πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, δίωκουσιν ὄπισθεν αὐτῆς· καὶ ὡς δῆθεν ἐπλησίασαν αὐτῇ κατὰ τόπον τῆς λεγομένης παλαιᾶς πέτρας, αὐτὴ μὲν καὶ οἱ σὺν αὐτῇ ἄφαντοι γεγόνασιν· αὐτοὶ δὲ ἀλλήλοις συμπλακέντες, θορύβου μεγάλου ποιοῦντος τὸ πλῆθος, καὶ ἀλλήλους κατασφάζουσιν ἕως ἑσπέρας. πρωΐας δὲ γενομένης τὴν αἰτίαν ζητήσας ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἐπεὶ τὸ πλεῖον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἐμφυλίαις ἀναλω-
D θὲν εὗρεν, ὑποστρέφει μετ' αἰσχύνης εἰς τὰ ἴδια. οἱ δὲ τοῦ πλοΐμου καὶ αὐτοὶ τούτους ἰδόντες ὑποχωρήσαντας, εὐθέως ἀνεχώρησαν· οὓς κατὰ τὸν Εὔξεινον πόντον ζάλη καταλαβοῦσα, ὀλίγους τινὰς ἀπελθεῖν εἰς τὰ ἴδια ἀφίησιν. ὁ δὲ Σάρβαρος ἐπὶ τούτοις ἀχθεσθεὶς, ὅμως τὴν Χαλκηδόνα παρακαθήμενος οὐ μετέστη· ἀλλ' αὐτοῦ ἐχείμασε, πραιδεύων τὰ περατικὰ μέρη, καὶ ἀφανίζων τὰς πόλεις αὐτῶν.

Τῷ ιζ'. ἔτει, εἰσβαλὼν ἐν Περσίδι ὁ Ἡράκλειος, σὺν τοῖς Τούρκοις, ἀπροσδοκήτως διὰ τὸν χειμῶνα εἰς ἔκστασιν ἐνέβαλε τὸν Χοσρόην. οἱ δὲ Τοῦρκοι τόν τε χειμῶ-
E να ὁρῶντες, καὶ τὰς συνεχεῖς ἐκδρομὰς τῶν Περσῶν, τῷ τε βασιλεῖ μὴ φέροντες συγκοπιᾷν, ἤρξαντο κατ' ὀλίγον ὑποῤῥεῖν, καὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς διελάλησε τῷ λαῷ αὐτοῦ, λέγων· γνῶτε ἀδελφοὶ, ὅτι οὐδεὶς ἡμῖν συμμαχῆσαι θέλει, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ Θεὸς, καὶ ἡ τοῦτον τεκοῦσα ἀσπόρως Θεοτόκος. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅπως δείξῃ ἐν ἡμῖν καὶ πᾶσι τούτοις τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν, καταπέμψας ἡμῖν τὴν αὐτοῦ βοήθειαν. ὁ δὲ Χοσρόης ἐπισυνάξας πάντα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ,

αὐτῷ, προβάλλεται αὐτοῖς στρατηγὸν Ῥαζάτην· ἄνδρα πολεμικώτατον, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ κατὰ Ἡρακλείου πέμπει. ὁ δὲ βασιλεὺς τάς τε πόλεις καὶ κώμας Περσίδος ἐπυρπόλει, καὶ τοὺς κρατουμένους Πέρσας ἀνεῖλεν ἐν ῥομφαίᾳ. τῷ Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ κατέλαβεν εἰς τὴν χώραν Χαμαιθᾶ, καὶ διανέπαυσε τὸν λαὸν ἑβδομάδα μίαν. ὁ Ῥαζάτης δὲ ἐλθὼν ἠκολούθει ὄπισθεν· τῶν Ῥωμαίων ἀναλισκόντων τὰς τροφὰς, ὄπισθεν αὐτοὺς πεινῶν ἠκολούθει, ὡς πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διαφθαρῆναι. ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ πρώτῃ τοῦ Δεκεβρίου μηνὸς διαβὰς τὸν Ζαβᾶν ποταμὸν, πλησίον τῆς πόλεως Νινευὴ κατεσκήνωσε. κατέλαβε δὲ καὶ ὁ Ῥαζάτης. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποστέλλει Βαάνην τὸν στρατηλάτην μετ' ἐπιλέκτων στρατιωτῶν ὀλίγων· ὁ δὲ εὑρὼν βάνδον τῶν Περσῶν, ἐξ αὐτῶν κς' κρατήσας, ἤνεγκε πρὸς τὸν βασιλέα, τοὺς ἄλλους φονεύσας. ἤνεγκε δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κόμητος αὐτῶν καὶ τὸ σπαθίον αὐτοῦ ὁλόχρυσον, καὶ τὸν σπαθάριον τοῦ Ῥαζάτου. ὃς καὶ εἶπε τῷ βασιλεῖ, ὅτι ὡρισμένος ἐστὶν ὁ Ῥαζάτης πολεμῆσαί σοι. καὶ τρισχιλίους ὡπλισμένους ἀπέστειλεν αὐτῷ Χοσρόης, ἀλλ' ἀκμὴν οὐκ ἔφθασαν. ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς, προαπέστειλε τὸ τοῦλδον ἔμπροσθεν, καὶ αὐτὸς ἐπηκολούθει. εὑρὼν δὲ τόπον ἐπιτήδειον, ἠθέλησε συμβαλεῖν πόλεμον μετὰ Ῥαζάτου πρὸ τοῦ ἑνωθῆναι τοῖς τρισχιλίοις. καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς, ἄρχοντι μεγάλῳ τῶν Περσῶν συναντᾷ, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ τῆς Θεοτόκου καταβάλλει τοῦτον. εἶτα καὶ δεύτερον ὁμοίως, καὶ τρίτον, ὅστις ἔδωκε τῷ βασιλεῖ μετὰ δόρατος εἰς τὸ χεῖλος. μάχης οὖν κροτηθείσης σφοδρᾶς, πίπτει ὁ Ῥαζάτης, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ σχεδὸν πάντες, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ. ἔπεσον δὲ Ῥωμαῖοι πεντήκοντα, ἐξ ὧν δέκα ἀπέθανον· ἵστατο δὲ ὁ πόλεμος ἀπὸ πρωΐας ἕως ὥρας ἑνδεκάτης, καὶ τροπὴ οὐκ ἐγένετο. καὶ τὴν μὲν νύκτα ἡσύχασαν. περὶ ὥραν δὲ η'. τῆς νυκτὸς λαβόντες οἱ Πέρσαι τὸ φοσσάτον αὐτῶν, ἠπλήκευσαν εἰς πόδας ὄρους τραχέος, ἔμφοβοι. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ εὑρόντες τὸν τοῦ Ῥαζάτου νεκρὸν, ἔλαβον τὸ σκουτάριον αὐτοῦ ὁλόχρυσον, καὶ τὸ λωρίκιον, καὶ τὰ βραχιόνια αὐτοῦ, καὶ τὴν σέλλαν, πάντα ὁλόχρυσα, καὶ τὸ σκαραμάγγιον αὐτοῦ. κατεσχέθησαν δὲ καὶ ζῶντες πολλοί. ὁ δὲ βασιλεὺς θαρσοποιήσας τὸν στρατὸν, κατὰ Χοσρόου ἤλαυνεν, ὅπως τοῦτον ἐκφοβήσας, πείσῃ ἀποστεῖλαι πρὸς Σάρβαρον, ἀναχωρῆσαι τοῦ Βυζαντίου. διαπεράσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς γεφύρας τοῦ μικροῦ Ζαβᾶ, κατεσκήνωσεν εἰς τοὺς οἴκους τοῦ Ιεσδιμὸν, ἑορτάσας ἐν αὐτοῖς τὴν Χριστοῦ γέννησιν. ἐκεῖθεν δὲ διελθὼν ὁ βασιλεὺς, κατέλαβεν ἕτερον παλάτιον τοῦ Χοσρόου, λεγόμενον Ῥοῦσα, καὶ τοῦτο κατέστρεψεν. ἐξ ἐκείνου δὲ εἰς ἕτερον κατέλαβε παλάτιον, τὸ λεγόμενον Βεκλάλ, ἐν ᾧ καὶ ἱπποδρόμιον ἦν, καὶ στρουθοκάμηλοι τρεῖς σιτιστοὶ, καὶ δορκάδες φ'. καὶ σύαγροι ρ'. πρόβατα δὲ καὶ χοῖροι καὶ βόες, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός. καὶ πάντα δέδωκε τῷ λαῷ· τινὲς δὲ τῶν συνόντων τοῖς Πέρσαις Ἀρμενίων, προσῆλθον τῷ βασιλεῖ λέγοντες, ὅτι ὁ Χοσρόης μετὰ τῶν ἐλεφάντων καὶ τοῦ ἰδίου στρατοῦ, πλησίον τοῦ παλατίου αὐτοῦ Δυσταγέρδη κατεσκήνωσεν, ἐκδεχόμενος συναχθῆναι πάντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ, τοῦ πολεμῆσαί σοι. καὶ εὐθέως πυρπολήσας πάντα ὁ βασιλεὺς, ἔρχεται πλησίον τοῦ παλατίου αὐτοῦ Δυσταγέρδη, ἐν ᾧ καὶ εὗρε βάνδα Ῥωμαίων, ἅπερ ἐν διαφόροις χρόνοις ἔλαβον οἱ Πέρσαι· καὶ εἴδη τινὰ, οἷον ἀλόην πολ-

A exercitibus contractis, iis præficit Razasten, virum bellicosissimum, ac insigni fortitudine, eumque adversus Heraclium mittit. Heraclius pagis urbibusque Persidis igne evastatis: & Persis, quos cepisset, gladio interfectis: Octobri mense Chamaitha regionem occupat, ibique VII dierum quiete exercitum reficit. *Edit. Paris. pag. 417.* Insequebatur a tergo Razastes, sed (quod Romani alimenta omnia absumebant) fame urgebatur, eaque multa ipsius jumenta peribant. Primæ Decembris die Heraclius Zabæ flumine trajecto, haud procul Ninive castra metatur: eodemque Razastes supervenit: Tum Imperator Boanem exercitus du-

B cem cum delectis militibus paucis emittit. Is in banduin Persicum incidens, reliquis occisis, XXVI captos ad Heraclium adducit, afferens una caput Comitis eorum, & ejus pugionem ex solido auro, ac Razastæ * armigerum. (* satellitem v. Meurs.) Hic indicat Heraclio, decrevisse Razastem prælio congredi, ac tria armatorum millia ei a Chosroe missa, nondum tamen advenisse. His cognitis Imperator * tuldum præmittit, atque ipse subsequitur: (* v. Meurs. Gloss.) nactusque locum opportunum, statuit pugnam committere, priusquam ad Razastem tria ista millia accederent. Ita ante alios omnes prosiliens, ductori cuidam Persarum vasto homini occurrit, eumque Dei (Heraclii victoria.) & Deiparæ auxilio dejicit: tum alium,

C ac porro tertium, qui ei hasta labium sauciarat. Ita tum acri prælio conferto, Razastes, ac qui cum eo erant ductores, prope omnes ceciderunt, majorque exercitus eorum pars. de Romanis ceciderunt quinquaginta, ex quibus decem mortui sunt. duravit pugna a primæ luce usque ad vesperam, ac neutri loco cesserunt. Nox ea quieta fuit. Sed circa horam noctis octavam Persæ suis rebus diffidentes, evulsum vallum in montis asperi pedem transtulerunt. Romani invento Razastæ cadavere, clypeum ejus totum aureum, tum loricam, & brachiorum integumenta ac sellam, omnia ex solido auro confecta, abstulerunt, nec non scaramangium ejus.

D Multi etiam Persæ vivi in potestatem hostium venerunt. Imperator, postquam suorum militum animos oratione confirmavit, in Chosroen ducit, uti hunc terrore objecto eo adigat, ut is ab obsidione Byzantii Sarbarum revocet. Transgressus ergo parui Zabæ pontes, in ædibus Jesdemonis divertit, ibique Christi natalem celebravit. Hinc ad aliud Chosroæ palatium venit, quod Rusa dicebatur, idque evertit. Inde aliud occupat palatium, nomine Beclamum. In eo erat circus, & altiles struthiones tres, capreæ quingentæ, apri centum, multitudo innumera ovium, porcorum

E & boum. hæc omnia populo dedit. Quidam vero Armenii, qui cum Persis degebant, ad Heraclium se contulerunt, *pag. 418.* nunciantque Chosroem cum elephantis copiisque suis commorari apud palatium suum, nomine Dystagerdam, pugnamque differre dum reliquos milites contrahat. Imperator ergo igni omnia statim vastans, ad palatium Dystagerdam accedit. In eo invenit banda Romanorum, quæ diversis temporibus Persæ ceperant: tum

